



Enchiridion theologicum. : In quo continentur libelli in usum tyronum theologiae

<https://hdl.handle.net/1874/422202>

ENCHIRIDION THEOLOGICVM.

IN QVO CONTINENTVR LI-
BELLI IN VSVM TYRO-
NYM THEOLOGIAE:

*Scripti
à Viro Clariss: memoriae*

VICTORINO STRIGELIO

- De ratione discendi Theologiam.
- De sacris Concionibus rectè instituendis.
- Antithesis doctrinarum in vera Dei Ec-
clesia: & regno Pontificio.
- De ratione amplificandi accommodata
ad Conciones Ecclesiasticas. (nis.
- Respōsio ad articulos Belgicæ inquisitio-
- Perpetua Augustini sententia & Confes-
sio de controversiis horum temporum.
- Ἀνθολογία, id est collectio insignium sen-
tentiarum ex Epistolis Patrum.

Omnia nunc primum in lucem edita.

Studio & opera


CHRISTOPHORI PEZELII
S. Theologiae Doctoris.



BREMÆ.


Excudebat Theodorus Gluchstein.

ANNO MDCCXXIII.


MAGNIFICO ET
GENEROSO BARO-
NI: SINCERA PIETATE, ET
ANIMI MAGNITUDINE PRAE-
stantiss. Domino JACOBO SEGVRIO, ex Il-
lustri Paredianorum familia: Serenissimi Regis Na-
varreni, Consilij domusq; praefecto, eiusdemq; ad Il-
lustrissimos Germania principes, puriorem Eu-
angelij religionem profitentes, Legato am-
plissimo: Domino & Mecanati suo
reuerenter Colendo:

S. D.

CHRISTOPHORVS PEZELIVS
S. Theol. Doct̃or.

ENSIS hic, ut opinor, quintus
est, cum Typographus noster,
specimen quoddam experiri
volens quorundam typorum,
quos fundendo recens effin-
xerat, magnopere à me preci-
bus contendit, ut si quod breue scriptum habe-
rem, quod non indignum esse iudicarem editio-
ne: id ei ut traderem, nouis illis suis typis ex-
primendum. Miserat autem paulò antè ad me,
amicus quidam, vir sincera animi pietate, erudi-
tione doctrina, meritis erga Ecclesiam, & fide
ac in-

ac integritate eximia praeclitus (quem à me ali-
bi nominari satius est, quàm efferat & rabiei im-
proborum quorundam, materiã hoc tempore suppe-
ditare obtrectandi viro opt. et innocentissimo)
pagellas quasdam, in quibus continebãtur, Cla-
rissima memoria Domini Victorini Strigelij,
mei quondam praeceptoris, commonefactiones
nonnullae Theologicae, scriptae ante complures an-
nos in gratiam quorundam studiosorum Theo-
logiae: De ratione formandi studij Theologici: De
concionibus sacris ad utilitatem Ecclesiae recte insti-
tuendis: de amplificandis concionibus: de collatione
errorum Papisticorum, & doctrina Evangelicarum
Ecclesiarum in praecipuis quibusdam religionis Chri-
stianae capitibus. Quorum omnium etsi apud
me quoque, qui Adolescens ista in Academia Ge-
nensii ex autographo D. Victorini descripseram,
monumenta iam ante inter meas chartas lati-
tabant: letatus sum tamen officio amici, tam
benigne suos etiam thesauros chartaceos mecum
ultrò ad eum finem communicantis, ut quae si-
bi iniuventute vsui nonnunquam fuissent, publi-
ci iuris facta, aliorum quoque studijs seruirent,
cum prodesse alicubi, adolescentibus praesertim,
nocere autem nemini, libelli eiusmodi soleant.

Cum verò hac occasione meas etiam chartas
passim iacentes & dissipatas scrutatus, conferre
has cum libro ad me misso cepissem, valde dele-

status sui repetita ex multorum annorum interuallo lectione *ἱστορικῶν* illorum, quae de optima ratione enarrationis scriptorum Prophetarum & Apostolicorum inserta reperi commonefactioni de concionibus sacris formandis. Delectauit me etiam doctrinae Catecheticae explicatio, quam penè integram intertextam esse videbam.

Accidit quoque sub idem ferè tempus, ut ab alio quodam amico magni nominis, de quo tacere me nunc potius, quàm parū dicere debere intelligo: Eiusdem D. Victorini collectanea quadam ad me mitterentur, in quibus tanquam gemma insignis eminebant Sententiae ex Dino Augustino collectae, & in titulos certos redactae de controuersijs horum temporum, videlicet, de Sacramentis in genere: de Cena Domini: de naturarum in Christo distinctis proprietatibus: de ascensione Christi ad caelos: de Iustitia fidei: Quas ante annos circiter viginti, manu sua consignauerat D. Victorinus, ut de his controuersijs iudicium ipsius exquirenti Illustriss. Principi D. Alberto Marchioni Brandenburgensi, primo Borussiae Duci &c. Laudatae memoriae, Summi in Ecclesia Doctoris potius, quàm suis verbis responderet. Id quod eo consilio fecisse eum existimo, ut & Principi, et qui in aula eius erant, uiris doctis & intelligentibus, accuratiùs & sine prauiudicio de his rebus cogitandi occasionem praebere.

Sic enim & D. Philippum Melancthonem
(postquam diligentius de controuersia Cœnæ cogitare cepisset, & ad cognitionem veritatis diuinitus adductus esset) ad amicos sciscitantes de ipsius sententia scribere solitum meminimus, ut plerumq; ad patrum auctoritates considerandas hortaretur. Nam quia sub regno Antichristi nouæ & prodigiosæ opiniones, ignota priori antiquitati in Ecclesiâ inuicta sunt, quas mordicus retinent ac defendunt non modo transsubstantiatores, sed etiam alij, qui vel ferruminationem, quandam, vel coexistentiam duarum substantiarum, Corporis Christi & panis Eucharistici docent: pie ac prudenter mone-re solebat, ex testimonijs primæ, eruditæ, & orthodoxæ antiquitatis peruestigandum esse, quàm procul à confessione & sententia perpetua veteris Ecclesiæ recederent, qui verba institutionis Cœnæ Domini contra τὸ πρῶτον Sacramentale detorquerent ad prophanas istas & ipsius Christi & Apostolorum interpretationi, & omnibus circumstantijs primæ cœnæ, & articulis fidei, & definitioni ac naturæ omnium Sacramentorum repugnantes sententias de modo corporalis presentia τὸ σῶματ' & χριστ' ad locum panis Eucharistici.

Extat Epistola quedam ad ipsum Brentiū à D. Philippo scripta, circa id tempus, quo de concordia agebatur in negotio Eucharistiæ inter D. Lutherum & superioris Germaniæ Theologos atq; Heluetios. In qua hæc sunt ad verbum: Ego veram presentiam Christi IN COENÆ affirmo. Nec velim esse author aut defensor noui dogmatis

gmatīs in Ecclesia. ὁρῶ δὲ πολλὰς τῶν παλαιῶν
συγγραφέων μαρτυρίας εἶναι, αἱ ἄνευ ἀμφηβο-
λίας ἐρμηνεύουσι τὸ μυστηριον περὶ τύπῃ, καὶ
προσωπικῶς, ἐναντίαι δὲ μαρτυρίαι εἰσὶν ἢ νεωτέραι,
ἢ νόθοι. Σκεπτόμενοι δὲ καὶ ὑμῖν, εἰ παλαιῆς γνώμης
ὑπερασπίζετε. σφόδρα δὲ εὐχαίμην τὴν εὐσεβῆ
ἐκκλησίαν, ταύτην δικὴν δικάσαι ἄνευ σοφιστικῆς
καὶ ἄνευ τρυφῆς.

*Sit veterum Scriptorum, multa esse testimo-
nia, qua absq; vlla ambiguitate mysterium Cœna
Dominica explicent, & verba Christi Sacramentali
figura interpretentur: Contrarias verò sententias, aut
recentiores & posterioris ætatis esse, aut spurias. Monet
etiam Brentium & suos, UT CONSIDERENT, AN
ANTIQUAM SENTENTIAM, hoc est, prima, &
erudita, & incorrupta Ecclesia DEFENDANT.
Deniq; Optat et precatur, ut pia Synodus de hac
controuersia iudicium iustum faciat, sine sophistica
& sine Tyrannide. Postea in eadem Epistola hoc
quoq; addit, liberè atq; ingenuè ostendens, quid
de Martyribus exterarū Ecclesiarū, qui suo san-
guine testimonium perhibuerunt Evangelicæ
veritati, sentiret: Quos tamen non puduit ma-
lè feriatos quosdam, cum perpetuo nominis sui
probrio, & summa Christi contumelia, Diaboli
ipsius martyres appellare. Multi, inquit, in Gal-
lijs & alibi interficiuntur propter hanc sententiam (de
Cœna Domini videlicet, probatis testimonijs veteris
Ecclesie traditam) Et multi applaudunt talibus iudici-
is sine*

is sine vera ratione, & furorem Tyrannorum confirmant. Ea res, ut verum fatear, non leniter me cruciat. Itaq; tantum hoc te oro, ut hac de re nihil temere statuas, sed deliberes etiam $\sigma\upsilon\upsilon\ \tau\eta\ \pi\alpha\lambda\alpha\iota\alpha\ \epsilon\upsilon\kappa\lambda\eta\sigma\iota\alpha$. Vult ut non solum sese, verum etiam veterem Ecclesiam ad consilium suum vocet.

Et sic in Chronicis quoq; Consilium Theodosij memoria dignum esse scribit, qui cum heretici eluderent aut corrumperent testimonia Prophetica & Apostolica, iussit proferrī testimonia ex pijs scriptoribus, qui ante dissidia illa fuissent, & Codices ex veteribus Bibliothecis suo sumtu protulit, ut consensu purioris antiquitatis conuicti heretici cederent. Idem si nunc fieret, multa dissensiones recte tolli possent.

Sed Philippi dicta similia multa sunt, quae cumulare hoc loco nihil est opus. Nam & haec pauca quae recitavi, satis ostendunt, quae ratio fuerit consilij ipsius, cum toties in cōtrouersia $\omega\epsilon\epsilon\iota\ \delta\epsilon\iota\pi\upsilon\ \kappa\upsilon\epsilon\iota\alpha\ \kappa\alpha\theta\epsilon\upsilon\ \alpha\delta\ \upsilon\epsilon\tau\epsilon\upsilon\ \text{Ecclesiae testimonia}$ prouocauit.

Id exemplum secutus Victorinus, Vnius saltem ex precipuis & probatissimis scriptoribus sententias insigniores breuiter collegit, nō tam ut alienis verbis mentem suam explicaret commodius, quàm ut tanti scriptoris aut horitate Principem sapientem ac moderatum, & qui in aula illa docebant, ad considerationem sententiae veteris Ecclesiae deduceret de controuersijs illis, de quibus iudicium suum exponere iussus

erat, quas etiamnum videmus impetu magis,
quàm vero iudicio à multis agitari in Ec-
clesia.

Erant his sententijs Augustinianis adiun-
Et a pauca quadam eiusdem scriptoris dicta de
alijs nonnullis rebus ad consolationem piorum
accommodatis. Horum dictorum inspectio me-
moriam mihi renouauit ἀνθολογίας, id est, col-
lectionis insigniorum dictorum ex plarissq; pa-
trum Epistolis, ante multos annos ex autogra-
pho D. Victorini mecum communicata, à Viro
doctiss. & non modò Maiorum insignibus, sed
sua etiam virtute & humanitate ornatiss. D.
Iacobo Monauio Vratislaviensi, qui Victorini
auditor fuit, vnus ex diligentissimis & vsu
domestica consuetudinis ei coniunctissimus. E-
am ἀνθολογίαν cum inter chartas meas repe-
risssem, & de rebus varijs utilissimas commone-
factiones tanquam axiomata & γνῶμας conti-
nere animaduertterem, simul haec omnia, vt pub-
lici iuris fierent, in mundioribus chartis descri-
pta, Typographo petenti tradidi.

Et fecerat ille iam initium editionis, cum
fausto omine, Magnifice, & excellentissime Do-
mine SEGVRI, inchyta tua Generositas cum
amplissimo Comitatu in hanc urbem primum
venit: Vnde paulò post, media ipsa hyeme in
Germa.

Germaniam superiorem (ad legationem toti or-
bi Christiano, imprimisq; Ecclesijs per Europam
reformatis utilissimam ac saluberrimam, apud
Principes Evangelicos obeundam) profectio vl-
terior abs Tua generositate instituta, & hacten-
us Deo Opt. Max. ducente ac regente, feliciter
confecta est.

Tanta autem fuit inclyta tua Generosita-
tis erga me, prius tibi ignotū, humanitas atq;
benignitas, ut non modò ad conspectum &
colloquia tua crebrò atq; familiariter me inuē-
tares, quamdiu in hac vrbe, ut itineri longio-
ri te parares, commoratus fuisti, sed multis etiā
afficeres beneficijs: Cumq; iniecta esset aliquan-
do mentio libelli istius, in cuius editione Patro-
no, mihi opus esset: Memini G. T. (cum de D.
Philippo ac Victorino yvncio illius τὰς δὲ υπατῆς,
historica quadam exposuissem) hilari vultu
ostendisse, non ingrati sibi fore eius libri de-
dicationem, propter memoriam viri de Ecclesia
& Scholis per Germaniam bene meriti, quo ego
adolescēs præceptore, et postea, quoad ille vixit,
amico mei amantissimo vsus essem.

Quamquam igitur, quæ hoc libello conti-
nentur, tenuiora videri poterant, quàm ut gra-
uissimo tuo iudicio satisfacere queant (Nam ad
vsu Tyrorum Theologiæ pleriq; illa & scripta
A 5 sunt

sunt à D. Victorino, & à me eduntur: Tamen cum hac ipsa res ad aliquam Ecclesie utilitatem pertineat (cuius iuuanda & prouehenda amore & studio peccus generositatis tue ardentè flagrat) non alium patronum, quàm G. T. querere debui, sub cuius aduentum & prelo ista commissa sunt, & ferè sub id tempus à Typographo confecta, quo in dies singulos reditus Tuæ generositatis ad nos in summa expectatione erat, magno cum desiderio meo, & eorum, quos hic ex comitatu tuo reliquisti. Inter quos honoris causa nomino virum nobiliss. & integerrimum, & rerum usu ac prudentia politica, et pietate præstantem D. Reinhardum à Raydlo Maiorem Ciuitatis Limburgicæ, & Theologum clariss. D. Iacobum Brocardum, cum quibus ego & alij ex collegis meis, pro felici profectioe G. T. & pro successu atq; euentu salutari legationis tuæ, intimis animorum nostrorum gemitibus & precibus ardentibus publicè priuatimq; ad Deum vota fecimus: quæ exaudita esse à Filio Dei capite et custode Ecclesie suæ minimè dubitamus, & lætabimur magis, eidemq; filio Dei Immanueli nostro gratias agemus ardentius, cum conspectu T. G. iucundissimo nobis frui iterum, & ex colloquijs tuis suauissimis: & disertissimi Oratoris ac interpretis tui fidelissimi, Domini Sophredi Cali-

CALIGNONII, viri omni doctrinarum et virtutum
genere ornatissimi & D. Gryphij sermonibus in-
telligere licuerit, quam illustribus testimonijs
Deus Opt. Max. presentiam suam in hac vestra
profectione, tam difficili anni tempore suscepta,
ostenderit, quam largè cumulatèq; instituto le-
gationis vestrae, ad salutem totius orbis Christi-
ani pertinentis, benedixerit.

Nec verò ausim ego, cum me huic oneri im-
parem esse sentiam, ad commemorandas laudes
tuas verissimas, & ijs omnibus, quibus notus
es, compertissimas, hoc tempore atq; loco digredi,
non modò, quia coràm viros magnos laudare in-
os difficile est, & tu propter summam tuam mo-
destiam, qua non videri, sed esse bonus studes,
haud facile aliorum laudes admittis, rectitudi-
ne tuorum consiliorum, & conscientia factorumq;
tuorum integritate contentus: Sed etiam quia
de te nunquam ita magnificè quidquam dici po-
test, id virtus quin superet tua, siue feruens il-
lud tuum fovenda tuendaq; religionis purioris
studium, & merita tua erga Ecclesiam & Rem-
pub. siue priuata tua beneficia erga Viros doctos
& pietatis studiosos spectentur.

Quae ego nomina tibi, Generosissime Baro
non tribui modò iure tuo, de multorum ac gra-
uium virorum sermonibus cognoui: Sed & fa-
ctae tuae

Et a tua (quorum testes sunt tot Ecclesie, quibus ob pietatem & magnitudinem animi es charissimus, & tot studiosi iuvenes & viri eruditi in quos eximia tua liberalitas extat) cum predicatione illorum comparans, magna, quod aiunt, paruis tenuari modis animaduerti, quantacumq; in laudem tuam dici viderentur.

Nam ut exempla privata tua benignitatis omittam in eos, quos adhuc quotidie sumtu non exiguo propter doctrinarum studia alis atq; sustentas: quæ digna laus, quod præconiū tuo in veram religionem amoris & cultui, & indefesso illius promouendæ studio afferri potest? Non enim sincerioris tantum fidei cognitione, veraq; pietate Deus generosam tuam mentem imbuit, itaq; Spiritu suo formauit, ut incorrupta doctrina de Deo, & puro eius cultu nihil antiquius ducas, omniaq; tibi præ hoc summo bono sordeant: Sed & animum religionis tuendæ tibi tribuit, motumq; heroici pectoris inspirauit, qui ob flagrantem amorem Christi, eiusq; Ecclesie, nullis cedat periculis, nullis vigilijs, sollicitudinibus, curis, difficultatibus frangatur aut debilitetur.

Certè post tristem illam præstantissimorum virorum cadem atq; lanienam, ante annos duodecim Lutetie Parisiorum immani cū perfidia
& sa.

& sanctia per fraudes & machinationes Pontificias confectam, in qua et fratres tui aliquot, rerum bellicarum laude eximij desiderati sunt: nunquam ab exhortandis puriori religioni addictis principibus destitisti, nulli labori curaque pepercisti, donec exiguarum reliquiarum Ecclesia, quæ rursus colligi incipiebant, salutis & incolunitati per te consuleretur. Cumque peruoluptanda scriptura, in Prophetis animaduertisses temporum horum expressam effigiem, ab ijs rerum gerendarum consilia petenda tibi esse semper existimasti. Neque opinione & conatu tuo frustratus es. Etenim cecidere hæcenus feliciter, quæcumque auspicijs tuis acta sunt, contrariasque sententias euentus ipse refutauit.

Senserunt hoc non modo publicæ Ecclesiarum Gallicarum res, quibus opericlitantibus pacem per opportunam industriam tuam peperit, sed etiam priuata regis Nauarreni rationes: Quæ cum perturbationes essent, ut in bellis, neque post bella in ordinem facile redigi possent, tu ijs quasi Nouus Sol affulsisti, Negotiorum mole, quæ indies succrescebat, quamque vix plures simul sustinebant, subiunxisti vnus, & res sinistro quodam aliorum ingenio implicatas, dexteritate tua euoluisti. Nam cum alij questum & commoda sua priuata spectarent, alij blanditijs obsecundarent,

alios.

alios animi mollities retardaret: tu recta via
ad veram laudem pergens, & DEI gloriam,
regniq; utilitatem publicam unice spectans,
neq; invidorum, neq; hostium concessisti im-
probitati.

Qua ex re factum est, ut tuo merito: & in
Nauarreno regno precipuo dignitatis loco consti-
tutus: & Regi tuo charissimus sis, qui & suae ex-
istimationis & rerum suarum summam, fidei
atq; integritati tuae ita concedidit, ut in nego-
cijs, ad presentem tuam legationem pertinen-
tibus, magna cum admiratione spectarim ple-
nissima fidei documenta, qua ego ipse hisce me-
is oculis vidi, interq; manus meas tractavi, co-
cedente id mihi eximia & prestanti tua huma-
nitate, & viderunt atq; spectarunt multo ma-
gis viri principes, ad quos Legatus Sernissimi
Regis in hac tua profectione accessisti.

Animi vero tui heroici, & pericula omnia
propter salutem publicam contemnentis, cum a-
lia indicia multa ante hac apparuerunt: tum
illud in primis magnanimi pectoris argumentum
extitit: quod periculosissimo Galliae tempore, in-
ter Principes, & eos quidem infestos insensosq;
puriori religioni, intrepidè versat q; es, magnaq;
animi constantia de fide violata cum eis expo-
stulasti, neq; de proposito agendi ea, qua ad Ec-
clesiarum

eclesiarum incolumitatem spectabant, abduci te unquam passus es.

Sed & in hac Legatione, terra marique, tam longinquo itinere suscepta, ad Principes ignotos, et varijs praeiudicijs occupatos, et in ipso pene conspectu inimicorum atque hostium, ex quibus Pontificij ijs in locis, qua transseundum tibi fuit, atque adeo, si dicendum est, in media Germania, vita & corpori tuo insidias struere non sunt veriti: Quantum animi robur est, fortiter ac constanter ea agere & persequi, qua ad Publicam Ecclesiarum Evangelicarum salutem spectant? Vidi ac legi ipse exemplar literarum Sereniss. Reginae Anglicae, in quibus ad inclyti nominis Principes virtutem tuam commendabat, & quantopere constantiam ac firmitatem animi, et in dicenda sententia libertatem ingenuam in te probasset, non obscure praese ferebat. Quod magis optimam spem de Principibus Germaniae concepi, ab illis quoque benignè te auditum fuisse, eosque, qua ad ipsorum dignitatem, Ecclesiarumque incolumitatem pertinent, cura deinceps maiori habituros esse.

Sed quicumque erit euentus, quem supplicibus votis Deo nos commendare par est: Gloria sane Legationis istius, in Christi honorem, et Ecclesiarum ac publicae salutis causa, non sine max. summi atque discrimine suscepta, non modo Serenissimo Na-


mo Nauarrenorum Regi, sed Tuae etiam Generositati futura est honorifica ad omnē posteritatē.

Nec desinent viri pij ac docti, quibus in hac legatione innotuisti in ipsa Germania, honestissimam nominis & meritorum tuorum memoriam conseruare, & vota sua tecum coniungere, ut Filius Dei, sanctiss. tuis institutis benedicat.

Tali animo (hoc est, reuerenter & honorifice de te sentiente, & ampliss. tuae legationi feliciss. successus optante) cum serio & sincerè erga G. T. affectus sim: peto abs te, aut potius, quae tua est summa humanitas atq; benignitas, iam antè persuasum mihi habeo, futurū, ut hanc meā compellationē in optimā partem accepturus, & qualiscung; libelli dedicationem non ingratiā tibi habiturus sis: In quo, si non alia: saltem in Sententijs, ex patrū scriptis additis, non minus fortasse delectabunt T. G. dicta quaedam insigniora, quam hoc verno anni tempore delectant nos pulchritudine coloris sui, & odoris fragrantia, flosculi, cum in agris aut hortis recreandi animi causa deambulamus.

Deum verò e. Patrem D. N. I. C. omnium bonorum authorem orare non desistam, ut G. T. diu Ecclesie sua & Reip. incolumem conseruet, omnia consilia tua gubernet & successus felices largiatur, Amen.

Per scriptum Fabiranae Saxonum Mense Martio Anno Christi, 1584.



RATIO DISCEN-
DI THEOLOGIAM.

PRIMA AD MONITIO.
In cursu studiorū non solum
meta constituenda est, sed e-
tiam media eligenda, quæ si-
ne errore & longis ambagi-
bus nos ad metā perducunt.

Sunt autem TRES METÆ, ad quas omne
studium doctrinæ cœlestis dirigendum est.

1. Prima est VERA AGNITIO ET INVO-
CATIO DEI & filij eius Domini nostri Iesū
Christi, quæ & Deum celebrat, & in nobis in-
choat vitam æternam, juxta illud: Hæc est
vita æterna, ut agnoscant te solum verum
Deum, & quem misisti Iesum Christum.

2. Altera est firma animorum CONSOLA-
TIO in ærumnis, & in media morte. Hæc non
aliunde, nisi ex fontibus Israël sanctis augu-
stisq; hauriri potest, ut Psalm. 119. dicitur:
Hæc est consolatio mea in afflictione mea,

A quia

quia eloquium tuum vivificavit me. Nam in veris doloribus, cum undiq, querimus consolationes, & experimur, nos non juvari humanis cogitationibus, tandem pia mens deturrens ad vocem Evangelij, tanquam ad fontem aquæ viva, incipit acquiescere, & sentire auxilium & præsentiam Dei, & vitæ æternæ restitutionem.

3. Tertia meta seu finis studij Theologici est GUBERNATIO vitæ & vocationis. Vult enim Deus in singulis hominibus vitam & vocationem gubernari ea norma, quam tradidit sua voce juxta dictum, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Quanquam igitur studium doctrinæ cælestis comitantur contemptus, odia, inopia, & innumerabilia pericula: Tamen necessarium est hoc studium. Quia monstrat veram invocationem, & firmam consolationem animorum, & normam vitæ, quæ res omnibus inter summa bona ducenda sunt.

II. MEDIA verò, seu via ad eas metas ducens, de quibus dixi, Sunt INVOCATIO DEI, MEDITATIO, ET TENTATIO. Cum enim sapientia Evangelij longè posita sit ex-

tra & supra captum humanæ rationis, & do-
num interpretationis sit lumen divinitus da-
tum ad rectè & dextrè intelligendum Evan-
gelium, & discernendam Euangelij doctri-
nam ab humana & politica sapientia, necesse
est studiosum doctrinæ cælestis quotidie exer-
cere veram Dei INVOCATIONEM, quæ non
solum à Deo petit & accipit Spiritum San-
ctum gubernatorem mentis, & voluntatis,
& cordis, sed etiam de rebus spiritualibus in-
vocantem erudit. Quoties incipis precatio-
nem, cogitandum est, quid invocet, quis sit,
& ubi sit patefactus ille Deus, quem compel-
laturus es, & cum quibus invocet, An ut E-
thnici, aut ut prima Ecclesia, Patres, Prophe-
tæ & Apostoli? Item, An & cur exaudia-
ris? Hæc necesse est in omni vera Invocatio-
ne cogitari. Ac non temerè dictum est à quo-
dam ex veteribus, Difficilimum opus esse pre-
cationem, quia non solum intentio flagitatur,
sed etiam consideratio revelationum & testi-
moniorum de Deo, & distinctio ab Ethnica in-
vocatione. Deinde & voluntas cogitanda est
Qualis sit Deus, et cur exaudiat. Et adjungen-
da est cogitatio promissionum & fides. Hæc
omnia in qualibet invocatione fieri necesse est.

Etsi igitur Invocationis præcipuus effectus est consequi à Deo remissionem peccatorum, Spiritum Sanctum, & alia bona: tamen ideò etiam præstandus est hic cultus, ut Spiritualem intelligentiam de rebus maximis augeat atque confirmet.

Quæ cum ita sint, studiosus Theologia nunquam in manus sumat scripta Prophetica & Apostolica, sine his & similibus votis: Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, & justificationes tuas doce me. Servus tuus ego sum. Da mihi intellectum, ut discam testimonia tua. Pater Sanctifica nos in veritate. Sermo tuus est veritas. Obsigna legem tuam in pectore meo, ne aut verbum ipsum aut nativam ejus sententiam effundam. Non sinas nos à vera doctrina aberrare, sed propter gloriam tuam governa nos Spiritu Sancto, ut te Verè agnoscamus & invocemus.

III. *MEDITATIO Complectitur assiduam LECTIÖNEM librorum Prophetico-
& Apostolicorum, & COLLATIÖ-
NEM testimoniorum vocis divine, quorum
alia aliis sunt illustriora. Primum igitur &
præcipuum munus est studiosi Theologia, dili-
gen-*

gentur & assidue LEGERE libros Propheticos
& Apostolicos, qui sunt fontes, ex quibus hau-
rienda est vera de Deo doctrina. Hoc officium
attribuit studioso verbi divini Paulus,
cum inquit: Sis diligens & assiduus in le-
gendo.

III. - Sed quærat fortasse aliquis, quo OR-
DINE legendi sint sacri libri. Non difficilis
est Responsio. Cum enim Scriptura Novi Te-
stamenti præcipuum lumen sit Prophetarum,
non dubium est, quin à lectione NOVI TE-
STAMENTI ordiendum sit, & quoniam Epi-
stola ad Romanos aurea clavis est, qua fores
universa scriptura aperiuntur, legat hanc E-
pistolam studiosus, eiq; adjungat totum corpus
doctrinae cælestis, & singulorum membrorum
idoneas definitiones & divisiones, quas com-
plexus est D. Philippus præceptor noster in
locis Theologicis. Legat & reliquas Pauli
Epistolas, inter quas velut gemmae insignes
eminent Epistola ad Galatas, ad Ephesios, ad
Colossenses, & prior ad Timotheum. In his
enim pulcherrima methodo Apostolus doctri-
nam de fide justificante, & de bonis operibus
tradit.

Instructus autem hac methodo & summa doctrina, ex Paulinis Epistolis & locis Theologicis collecta, mox sese conserat ac convertat ad lectionem Evangelij Iohannis, quod abundat dulcissimis concionibus de Persona & beneficiis Christi, & de fide applicante nobis hæc ipsa beneficia.

Neque verò negligat historiam de natiuitate, vita, & miraculis, de morte & Resurrectione Christi luculentè descriptam à Matthæo & Luca (Nam Marcus Epitomen Matthei contexit.) sed eam diligenter cognoscat. Qua quidem percepta sciat sibi illustrem aditum factum esse ad Moysen & reliquos Prophetas.

V. Sequitur, ut de lectione VETERIS TESTAMENTI dicam. Ac Genesis quidem non solum primus & antiquissimus liber est Ecclesie, sed etiam fons doctrinæ de Deo conditore, de Mundi exordio, de Creatione hominum, & de patefactione Dei ante lapsum & incoacta Ecclesia. Item de lapsu & Restitutione hominis, in qua Deus rursus se patefecit, edidit promissionem de ventura liberatione hominum, & de conculcando Dracone, & rur-

sus

*ſus immenſa miſericordia condidit Eccleſiam,
& ex media morte primos parentes erexit.
Docet item, quæ & ubi fuerit Eccleſia Dei, vi-
delicet, quæ fuit cuſtos editæ promiſſionis, de
ventura victima, Monſtrat præterea ſeriem
gubernatorum Eccleſiæ, & ſingulorum doctri-
nam, certamina, & liberationes divinas re-
citæ.*

*Sed non poteſt ullius hominis eloquentia
exponi ſuavitas & copia doctri-næ, quæ in
Geneſi extat. Quæ igitur Intentione & aſſi-
duitate ſtudioſus legit Epistolam ad Roma-
nos, eadem legat Geneſin, primum ac præci-
puum librum Veteris Teſtamenti.*

*Poſt Geneſin Exodus & Deuteronomi-
um præcipua cura cognoscendi ſunt. Vt enim
Exodus abundat testimoniis patefactionis
divinæ: Ita Deuteronomium ſapientiam le-
gis illuſtrat. In Levitico & Numeris non ne-
ceſſe eſt lectorem diu immorari, Cum magna
ex parte contineant ceremonias & leges, pro-
priè ad politiam Moſaicam pertinentes.*

*Libri hiſtorici, non tantum propter ex-
empla legendi ſunt, ſed multò magis propter
intelligentiam concionum, quæ in Pſalmis &
Propheticis monumentis extant. Etenim pſal-*

mis magnam lucem adfert historia de duobus Regibus populi Dei Saule & Davide. Reliqui verò propheta non possunt intelligi, nisi perceptis historiis aliorum Regum, qui usque ad exilium Babylonicum, politiam Iudaicam gubernarunt.

Porro instructus cognitione historiarum, de quibus dixi, nocturna diurnaq; manu verset Psalterium & Esaiam: Qui duo libri inter omnes Veteris Testamenti, veluti gemmae insignes eminent. Nihil decerpo de reliquorum Prophetarum dignitate & excellentia: Sed tamen jure ac meritò hos doctores aliis antepono.

VI. Hactenus de ordine, quo legenda videntur utriusque Testamenti scripta breviter dixi. Nunc de modo & fine lectionis pauca addam. Quod igitur ad *MODUM* attinet, non sit lectio puerilis & inerudita, sed primum ad calculos vocet pondera verborum, phraseos & figurarum. Deinde seriem & occasiones divinarum Concionum consideret, videat diversa membra doctrinae, sapienter discernat legem & Evangelium. Hoc enim discrimine ignorato, tota scriptura in obscuro relinquitur.

Neque

Neque verò satis est nōsse historiam & dogmata, sed ad quem FINEM doctrina referenda sit, sciendum est. Videat ergo, ad quæ doctrinæ capita accommodanda sint singula partes, quæ sint legis, & quæ sint Euangelij conciones, quæ de Ecclesia, quæ de imperiis loquantur.

Sit etiam lector Sacrae scripturæ non rudis neque ignarus exercitiorum pœnitentiæ, fidei, & Invocationis, sed lecta accusatione peccati seriò expavescat, metuens iram Dei adversus sua peccata: Et rursus promissione Euangelij erectus accedat ad Deum, fiducia Mediatoris, petat & expectet ab eo bona. Oportet enim laborantem agricolam primum de fructu percipere, ut 2. Timoth. 2. scribitur.

VII. Porro ADMINICVLA lectiōnis sunt artes dicendi, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Cognitio linguarum Græcæ & Hebræicæ, doctrina de Anima, doctrina de virtutibus, Epitome historiarum de quatuor Monarchiis, Descriptio terre sanctæ. Si quis autem primam navigationem tenere non potest, is contentus sit secunda, hoc est, si quis destituitur cognitione linguarum, & quibusdam ali-

A 5 is ad-

is adminiculis, is acquiescat in probatis versionibus, & has sepe multumq; legat, & peritiores de locis obscurioribus consulat.

VIII. Dixi supra, meditationis nomine contineri non modo lectionem, sed etiam COL-
LATIONEM scripturarum. Quare de hac etiam monebo. Moyses fons est totius scripturae sanctae. Cum igitur legis Psalmos, aut alias conciones Prophetarum, mentem & oculos referas ad hunc fontem, ut animadvertas, quam dextrè reliqui Prophetæ ex hoc fonte verba & sententias hauserint. Sepe etiam posteriorem Prophetam cum priori conferas. Qua in re intelliges suavissimum concentum chori Prophetici.

Et quoniam novum Testamentum lux est veteris, Paulum & Iohannem cum Moysse, Davide, & reliquis Prophetis prudenter conferas. Quod si facies, non poterit te, adjuvante Spiritu Sancto analogia fidei in interpretatione effugere. Quid dicam de historia Apostolorum, quæ luculentus commentarius est lectionis Propheticae? Adde huc Epistolam ad Hebræos, quæ Leviticum optimè enarrat. Sed non possunt brevi sermone omnia præcepta
de

de collatione scripturarum comprehendendi. Omissa igitur hac parte, duas admonitiones, ijs qua haecenus exposita sunt adjungam. Vnam de **INTERPRETIBVS** scripturae: alteram de **TENTATIONE** seu experientia Spirituali.

IX. Et si verissimum est, nos magis erudiri & confirmari voce divina, qua sonat in scriptis Prophetis & Apostolicis, quam cum legimus hominum interpretationes, quibus nequidem assentiendum est, nisi cum fontibus eas congruere videamus: tamen non abijciamus omnia interpretum scripta, sed ea legamus, quae utiliter movent de genere sermonis, & de ordine membrorum, & confessione continent, quae est testimonium verae sententiae, & refutatio corruptelarum, quae specie aliqua incautos decipiunt.

Tales enarrationes, cum sint in nostris Ecclesijs editae à D. Martino Luthero, D. Philippo & aliis quibusdam, quorum puritas spectata est: bonam operam navabit studiosus Theologiae, si cum Bibliorum lectione eas conjunget.

Et quanquam mihi de horum virorum scri-

scriptis non sumo censuram: tamen judico Enarrationes Geneseos, & Psalmorum, Item Commentarios quibus illustrata est sententia trium capitum in Matthæo, videlicet, quinti, sexti, & septimi, & quatuor capitum Iohannis, videlicet, decimi quarti, decimi quinti, decimi sexti, decimi septimi, Denique Commentarium in Epistolam ad Galatas velut gemmas insignes inter scripta D. Lutheri eminere.

Libris D. Lutheri adjungat studiosus Theologia has Domini Philippi commentationes, Locos Theologicos, symboli Niceni enarrationem, Commentarios in Epistolam ad Romanos & Colossenses, Commentarium in Daniele. Item Crucigeri nomine editum Commentarium in Iohannem, & in priorem ad Timotheum. Omnium verò diligentissime legat Confessiones, doctrina: Alteram Augustæ exhibitam Carolo Imperatori: alteram Synodo Tridentina.

De veterum & aliorum eruditorum scriptis in exteris Ecclesiis, nihil hoc loco dicam, ne fiat hæc admonitio nimis prolixa.

X. Nulla res magis docet studiosum doctrina

nae caelestis, quam moles arumnarum & TEN-
TATIONVM, quam nemo sibi accersere debet,
sed à Deo impositam eleganter & sine defor-
mitate ferre, & in ea toleranda exercere ti-
morem, fidem, spem & alias virtutes. In hac
spirituali schola edocti plura intelligunt de
rebus divinis, quam arguti cives sine virtu-
te, ut Psalmus inquit: Bonum est mihi Do-
mine, quod humiliasti me, ut discerem justi-
ficationes tuas. Et Syracides, Qui non est ten-
tatus, qualia scit?

Scribebat Victorinus
Strigelius die 18.
Septemb. 1557.



DE



DE RATIONE CONCIONANDI.

DE GENERIBVS CONCIONVM.

Sex sunt genera Concionum.

| | |
|---|--------------|
| { | διδασκαλικόν |
| | κατηχητικόν |
| | ἐξηγητικόν |
| | παρανετικόν |
| | παραμυθικόν |
| | ἐλεγκτικόν. |

Διδασκαλικόν est methodica explicatio alicujus loci communis Theologici.

Κατηχητικόν est brevis summa totius doctrinae Christianae ad popularem captum atque intelligentiam accommodata.

Εξηγητικόν continet Enarrationes luculentas scriptorum Prophetarum & Apostolicorum.

Παρανετικόν est concio de bonis operibus.

Παραμυθικόν proponit firmas & salutare Consolationes in omnibus arumnis & tentationibus,

Ελεγκτικόν versatur aut in Confutatione
im-

impiorum dogmatum, aut in reprehensione
hominum morumque malorum.

DE GENERE DIDASCALICO

| | | | |
|------------------------|---|---|-----------------|
| Methodus quadruplex | 1 | { | Usitata |
| | 2 | | Prædicamentalis |
| | 3 | | Geometrica |
| | 4 | | Arbitraria. |

1. **USITATA** est, quando vocabulum simplex explicatur per questiones notas & usitatas, ut verbi causa, quid sit peccatum, quæ species peccati in Mundo grassentur, à quibus causis ortum & profectum sit peccatum, ubi sit, quid præcipue vocetur formale peccati, qui sint effectus seu pænæ peccati, quæ cognata, quæ pugnancia.

Hac methodo magna pars locorum Theologicorum tractari & solet & potest. Ut creatio, peccatum, lex, fides, justificatio, gratia, pœnitentia, invocatio, ministerium Evangelij, Baptismus.

2. **PRÆDICAMENTALIS** est, cum vocabulum simplex adhibitis prædicamentorum questionibus explicatur. Sic Ecclesia commodissime ducitur per titulos prædicamentorum. Nam de his rebus omnibus disputari solet, Quid sit Ecclesia, quàm latè pateat, qualis sit, qui sit ordo Ecclesia, quid agat, cur sit sub-
jecta

jecta cruci, ubi sit, & quomodo agnosci possit,
an semper fuerit, an perpetuò mansura sit.

Eodem modo de angelis quæri solet, qui
sint angeli, quales sint, quæ officia sustineant,
ubi versentur, an sint immortales. Ac si cui
hæc appellatio duriuscula videtur, Is hanc me-
thodi formam, Anatomicam appellet, cum con-
stet in singulis membris considerari $\xi\sigma\tau\acute{\alpha}\nu$,
 $\rho\acute{\alpha}\nu\eta\mu\alpha$, $\delta\acute{\omega}\nu\alpha\mu\iota\nu$, $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\chi\acute{\alpha}\nu$, & $\chi\epsilon\eta\sigma\iota\nu$.

3. GEOMETRICA Methodus est, in qua
hypotheses & tres formæ demonstrandi Geo-
metris notæ, videlicet $\sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\epsilon\sigma\iota\sigma$, $\alpha\acute{\nu}\alpha\lambda\upsilon\sigma\iota\sigma$, & $\rho\epsilon\theta\iota$
 $\epsilon\acute{\iota}\sigma\omega\gamma\omega\gamma\acute{\eta}$ $\pi\acute{\rho}\sigma$ $\alpha\delta\acute{\omega}\nu\alpha\lambda\iota\sigma\iota\nu$ dominantur. Hanc
methodum Paulus adhibet in articulo de re-
surrectione mortuorum, ut intelligi potest ex
longiori declaratione eiusdem articuli, à nobis
alibi proposita.

Eadem methodo utimur in locis de contin-
gentia, & de electione seu predestinatione, in
quibus ex certis hypothesibus procedimus, &
auditorẽ non modò ad fontes Israël, sed etiam
ad experientiam deducimus, multaq; absurda
seu impossibilia colligimus, quæ sequuntur mu-
tatis hypothesibus.

ARBITRARIAM voco, quæ instar
Lesbiæ Regulæ ad lapidem inflectitur, hoc est,
quo-

quoties novus ordo questionū instituitur, congruens rei, de qua differitur: ut verbi caussa in titulo de Deo dicendum est, an sit Deus, quid sit, & qualis sit, quod una sit Essentia divina, distincta tribus personis.

In titulo de Spiritu Sancto, ad has questiones Oratio dirigenda est, An Spiritus Sanctus sit persona, An fuerit antequam nasceretur Christus, An sit Deus, sit ne invocandus, quid de processione Spiritus Sancti existimandum sit, & quomodo à generatione filij differat, quibus detur hic Spiritus, quid efficiat publicè & privatim, quomodo iterum excutiat.

In materia de libero arbitrio, quatuor questiones agitari solent. I. An disciplina homini non renato sit aliquomodo possibilis. II. An homo in hac vita suis viribus legi Dei satisfacere possit. III. Quo ordine fiat conversio ad Deum, & quomodo fiant actiones Spirituales. IIII. Quæ res impediunt libertatem in renatis & non renatis.

Locus de bonis operibus quinque questionibus conficitur, Quæ opera sint facienda, quomodo fieri possint, quomodo placeant, propter quas caussas facienda sint, quid intersit in

versus inter peccatū regnans & non regnans.

Quidam loci Theologici per gradus explicari solent, ut titulus de libertate Christiana, in quo quatuor gradus libertatis constituntur.

Alij per certas Regulas enarrantur, cujusmodi sunt. Locus de Magistratibus civilibus. Item de traditionibus humanis.

Est igitur prudentis Theologi videre convenientiam rerum, & explanationis, Et rei natura penitus percepta & pertractata, congruentem methodum adhibere, quam quidem ad rem conducet aliorum imitatio, qui precipue in hanc curam incumbunt, ut in explicando methodici videantur.



DE GENERE CONCIONVM
CATECHISTICO.

REGVLAE GENERALES PROFV-
TVRE AD CATECHISMI
explicationem

I. Regula.

Audatur ab omnibus sententia A-
postoli Bartholomaei, qui dixit Eu-
ange.

angelium esse breve, & longum. Voluit enim hoc dicto significare, summam doctrinam Christianam breviter posse tradi, eamque debere omnibus pueris & puellis, doctis & indoctis notam esse. Longiorem verò enarrationem plura adjumenta desiderare. Etsi igitur brevitatis in universa Theologia non semper laudem habet, tamen in tradenda summa doctrina jure ac merito laudatur. Cum enim homines plebei non possint memoria comprehendere longas verborum ambages, & tamen omnibus sine exceptione necessaria sit cognitio precipuorum capitum, qua ad Dei consuetudinem aditum patefaciunt, facile judicare potest prudens concionator, in exponenda summa doctrina, non esse laxandas habenas orationi, sed omnia brevissimè & simplicissimè recitanda esse.

II. In reliquis generibus Concionum quaedam jucunda varietate eadem res proponantur, sive, ut Greci dicunt $\kappa\omicron\upsilon\upsilon\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\upsilon\tau\omicron\sigma$. At in hoc genere concionatores Socratem imitentur, qui in quarto libro $\alpha\pi\omicron\sigma\tau\omicron\upsilon\upsilon\mu\omicron\upsilon\epsilon\upsilon\mu\alpha\tau\omicron\upsilon\omega\upsilon$ Xenophontis inquit: Se non modo eadem dicere, sed de iisdem eadem. Nam profectò hujus doctrinae exordia, propriè & eodem modo

tradere adolescentiæ valdè prodest. Quare concionator repetat materias Catechismi easdem, & quidem verbis non mutatis, ne perturbet rudiores, qui magno labore ad certam formam assuefacti sunt.

III. Quemadmodum Iurisconsulti suam doctrinam in personam & rem dividunt, ita interpres Catechismi cogitet, quæ membra ad personas referantur, & quæ de rebus ipsis dicantur, ut verbi causa in Decalogo, quatuor percepta sunt personalia, & quatuor realia. Nam primum & secundum præceptum monent, quid Deo in corde & professione externa debeatur, Tertium de officiis erga ministerium, & Ecclesiam concionatur. Quartum requirit officia debita Politico & Oeconomico ordini. Quintum tuetur Corpora. Sextum munit conjugia. Septimum facultates in tuto collocat. Octavum sancit judicia, & defensionem famæ alterius.

Sic in Symbolo alij articuli de personis divinitatis, alij de rebus seu beneficiis Christi loquuntur. Sunt igitur personales articuli. Credo in Deum patrem. Credo in Iesum Christum. Credo in Spiritum sanctum. Reales sunt: Credo remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam.

Ora-

In Oratione Dominica tres petitiones sunt personales, quatuor reales. Prima petit, ut Deus tribuatur vera gloria à toto genere humano. Altera petit Ecclesie collectionem, sanctificationem, defensionem, & resurrectionem ex morte. Tertia gubernationem salutarem in Politijs & OEconomijs. Quarta petit res corporales. Quinta remissionem peccatorum. Sexta robur opponendum infirmitati nostre, illecebris Mundi, & Diaboli insidijs. Septima liberationem universalem ab omnibus malis. Hæc distinctio personæ & rei magnum lumen Catechismo adfert.

III. Tria sunt summa & maxima bona, quæ omnes appetere debent. 1. Est vera Dei agnitio & invocatio. 2. Firma Consolatio animorum. 3. Norma vitæ. Cum igitur Catechismus de his finibus bonorum concionetur, dignus certè est, in quo multum studij & operæ ponamus.

Nam Decalogus est sapientissima norma vitæ, docens quomodo Deus colendus, & quæ ratione humana societas fovenda sit.

Symbolum verò est fons Sanctus & augustus, ex quo consolationes opponendas pavoribus conscientie, & alijs malis haurire possumus.

Precatio Dominica formulam proponit, qua in omni Invocatione utendum est.

Sacramenta sunt σφεγγίδες horum bonorum. Quare animos nostros ita confirmemus, ut malimus acerbissimos corporum cruciatus perferre, quam deficere ab hac pia & salutari doctrina, qua nobis optima & maxima bona monstrat, videlicet, veram Dei agnitionem & invocationem, firmam animorum consolationem, & normam vitæ. Quid enim est homo, amissa hac luce? nihil certè, nisi vas ira Dei, mancipium Diaboli, & res destinata morti, & exitio nunquam desituro. Hanc Deus ô procul hinc dignere avertere pestem.

V. Catechismus est Regula judicij, quam homines etiam indocti sequentes, facile discernent veram doctrinam de Deo, à falsa, & veros cultus Dei à fictis & commentitiis.

Synodus Tridentina defendit impium & blasphemum Dogma, quod jubet perpetuò dubitare de remissione peccatorum. Huic decreto opponat pia mens symbolum articuli: Credo remissionem peccatorum, & usum Sacramentorum, in quo pius singulis annunciat ur remissio peccati. Hæc enim sunt verba Baptismi: Ego baptizo te, id est, tibi affirmo, remitti &

con-

condonari peccata propter filium Dei gratis.
Vox absolutionis est: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Aliud autem est credere, aliud dubitare. Nam fide sua justus vivit, Dubitatio autem paulatim mergit in desperationem.

Decretum Interimistica religionis obtrudit Ecclesiis Invocationē hominum mortuorū. Hunc Idolatricum cultū refutabis adhibito Catechismo: Non habebis Deos alienos: Credo in Deum Patrem. Credo in Iesum Christum. Credo in Spiritum Sanctum. Pater noster qui es in cælis. Ego baptizo te in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti.

Nam solus Deus invocandus est, qui in primo precepto inquit: Ego sum Dominus Deus tuus, cui fidem in Symbolo adhibemus, qui ex prescripta orationis forma Pater appellandus est, Deniq; ad cuius invocationem in Baptismo obligati sumus.

Sic omnes errores de legitima administratione, & usu Cæne Domini ex ipsis verbis Testamenti rejicere, atq; repudiare possumus.

Bibite ex hoc omnes, Ergo & Laici ex hoc poculo bibant.

Hoc est Corpus meum. Ergo non tantum
B 4 panis

panis præbetur in legitimo usu Cœna, ut fanatici contendunt.

Facite ad mei recordationem. Ergo missa non est ad mortuos referenda, de quibus in psalmo scribitur: Non mortui laudabunt te Domine.

Accipite & manducate. Ergo panis non est adorandus, aut circū gestandus, aut Deo offerendus. Ament igitur p̄ hoc καὶ τὴν εὐχὴν, idēq; liberis suis tanquam præclarum patrimonium relinquere studeant.

VI. Etsi autem Catechismi doctrina pertinuis & perexigua videri solet: tamen nullius Creatura sapientia penitus exhauriri potest. Vt enim Deus ipse immensus & infinitus est: Sic Dei sapientia in Lege, & Evangelio patefacta tanta est, ut eam nullius cogitatio penitus comprehendere possit.

Venustissimè ergo Reverendus pater D. Martinus Lutherus, cum de filio suo quaesivisset, cujus artis scientiam profiteretur, & puer respondisset, se Catechismum scire, subjecit: Plura igitur scis, quam ego. Nam ego senex non ausim mihi perfectam Catechismi intelligentiam tribuere, qua erit præcipua lux vitæ æternæ.

Hæc

*Hæc in eam sententiam dico, ne quodam
fastidio & satietate à Catechismi tractatione
abalienemur, quod fieri solet, cum homines de-
licati, non intellecta bonitate rerum, quas Ca-
techismus continet, aliud genus doctri-
næ uberius & splendidius
desiderant.*





EXPLICATIO BRĒ VIS DE CALOGLI.

Si *justa Enarratio Decalogi longum volumen desiderat: Tamen ut in Catechismo fieri solet, brevissimè & simplicissimè sententiam primæ & secundæ tabulæ repetam.*

Ac notum est discrimen utriusq; tabulæ. Prima concionatur de operibus, quibus immediatè cum Deo agimus. Secunda continet leges de officiis erga alios homines. Est enim homo ad duas res potissimum conditus. Primum, ut conditorem Deum agnoscat, & celebret: Deinde ut obedientiam Deo debitam declaret, in fovenda communi societate.

Magna est autem dignitas secundæ tabulæ, quod à Christo exæquatur primæ, Mandatum de dilectione proximi, est simile primo, Diliges Deum Matth: 22. Versatur autem hæc similitudo in tribus partibus, videlicet, in certitudine, in necessitate, & causa finali. Quam tamen certum est, Deum tradidisse præcepta primæ tabulæ, tam certum est Deum velle, ut leges

ges, quæ sunt vincula & nervi societatis, constantissimè servantur. Deinde ut necessaria sunt opera prima tabula: Ita necesse est exerceri opera dilectionis, sine quibus societas non potest esse diuturna. Tertio, ut Deus judicatur se honore affici, cum verè invocatur: Sic pronunciat, opera secunda tabula esse cultus, quando propter Deum præstantur. Consideremus igitur, quale, & quantum præconium Christus de secunda tabula fecerit, ut hujus præconij suavitate invitati, libentius præstamus officia justitiæ, beneficentiæ, & equalitatis inter homines.

PRIMUM PRÆCEPTUM.

Hoc præceptum non solum ordine prius est cæteris, quia primus ordo hominis est erga Deum, tanquam ad conditorem, & Archetypum, sed etiam natura & dignitas cunctis legibus antecellit. Vt enim fundamentum prius est edificio, & omnes partes edificij sustentat: Sic opera præceptorum reliquorum, nec fieri possunt, nec placent, nisi jacto hoc fundamento, videlicet, vera agnitione & invocatione Dei. Est q̄ hujus præcepti sententia omnibus aliis legibus includenda, ut, Non occides

cides scilicet propter Deum, qui iussit humanam societatem foveri.

Dignitas verò hujus præcepti ex duabus rebus percipi potest, partim quia est Regula & dispensatio aliarum legum, partim quia dignum intendit ad fontem omnis Consolationis.

Magna est enim Emphasis in pronome Tuus, Cum inquit: Ego sum Dominus Deus Tuus, quasi dicat. Ego sum conditor & conservator Ecclesie, quæ vocem Decalogi & Evangelij audit & amplectitur, & opitulator liberimus, Etiam si causæ secunda eum vel deperant vel oppugnent. Ego hunc cæcum, qui est custos verbi à me traditi, unice diligo, curo, respicio, ex audio preces, quas mihi adhibet, servo, rego, & defendo naviculam, in qua vehitur, & tandem ex magna jactatione deduco hos meos Argonautas in portum vite æternæ.

Hanc esse vim particulae TVVS Psalmi & Prophetarum conciones ostendunt, quæ magna ex parte nihil aliud sunt, quàm Enarrationes primi præcepti.

David certè, quoties in mentionem hujus clausule incidit, magna copia verborum utitur, ut aliquo modo illam illustret, atque evolvet, ut

ut Psal. 18. Domine fortitudo mea, & refu-
gium meum, mea petra, meum presidium, li-
berator meus, scutum meum, & cornu salutis
meae.

Amemus igitur & magnificiamus hoc
primum mandatum, atque ex eo, tanquam
ex quodam sancto augustoq; fonte, non modò
necessariam doctrinam de vero cultu Dei, sed
salutarem consolationem hauriamus, quæ u-
tinam postremo vitæ die nobis in mentem
veniat, ut ea præclare muniti simus, adver-
sus omnia tela, quæ nequissimus jaculator in
nos torquebit. Ac mihi quidem videtur Esa-
ias καὶ ἐξοχλῶ Nominasse hanc legem, cum
precatur cap: 8. Obsigna legem in discipulis
meis. Vidit enim extincta nativa sententia
primi præcepti, secuturas esse horrendas tene-
bras de tota Legge & Evangelio.

His præmissis affirmativam sententiam
hujus præcepti enarremus.

Ego sum Jehova, Deus tuus, qui
eduxi te de terra Aegypti.

Cum omnis affectus sequatur cognitio-
nem, & hoc Præceptum concionetur de moti-
bus voluntatis & cordis, necesse est primum
dic

dicendi de vera notitia Dei. Ut igitur verus Deus agnosci possit, insigni appellatione discernitur ab omnibus commentitiis numinibus. Constat enim Patres & Prophetas semper usos esse, nomine Iehovah inter precandum, ut significarent se Deum patefactum in Ecclesia compellere, & rejicere idola Aegyptia, Chaldaica, & alia, quae extra Ecclesiam erroris opinione coluntur.

Deinde proponit illustre testimonium, quod ostendit, quis & qualis sit Deus, ubi & quomodo sit patefactus. Hunc statuas verum esse Deum, conditorem caeli & terrae, sapientem, immense potentiae, justum, veracem, misericordem, liberum, qui te ex Aegypto operibus extra ordinariis eduxit, & nunc suam legem sua voce inter tonitrua & fulgura proponit. Quare de Deo cogitans, non indulgeas ociosis & vagabundis speculationibus, sed revoca mentem ad haec illustria & minime fallentia testimonia miraculorum, quae non possunt nisi ab immensa & infinita potentia fieri.

Hanc veram notitiam Dei comitantur affectus in voluntate & corde, Quia enim initio proponitur dulcis & grata consolatio, non obscurum est, postulari fidem, quae & hanc
con-

consolationem amplectitur, & omnibus partibus doctrina à Deo tradita assentitur. Cum autem Comminationes legi additæ sint, excitatur Timor in auditoribus legis, & huic cognata virtus, Humilitas. Fidei adjunctæ sunt, spes, dilectio Dei, & tolerantia in erumnis propter Deum.

Negativa sententia primæ præcepti.

Non habebis Deos alienos.

In omnibus præceptis consideranda est, non solum affirmativa sententia, sed etiam Antithesis, quæ declarat, quàm variè natura hominum ab hac vitæ norma aberret. Quamquam igitur peccata pugnantiæ cum primo præcepto, tanta sunt in varietate, ut vix enumerari queant: tamen sex gradus, docendi causa constituemus, qui & notiores sunt, & alios complectuntur.

I. Primus Gradus est Furor Cycloperum & Epicureorum, qui contendunt Deum, nihil esse, nisi inane Nomen, ac negant ullam esse providentiam. Huic furori non dissimiles sunt opiniones, vel potius debyrantium Stoicorum & Academicorum somnia. Nam etsi Stoici concedunt providentiam, tamen Deo libertatem
eri-

eripiunt, alligantes eum ad causas secundas,
Academici verò jubent perpetuò dubitare, an
sit Deus, & an curet homines.

II. Secundus Gradus, Est idolatria multi-
plex, que aut tribuit divinam potentiam
Creaturis, aut fingit esse Deum, quod non est
Deus, aut alligat Deum ad rem, vel cultum,
ad quem ipse se non alligavit suo verbo.

III. Tertius est Hæresis, que audacter disce-
dit à verbo, aut fingit corruptelas verbi, ut
novas opiniones blasphemias adversus Deum
& exitiales Ecclesiæ spargat, Easq; contra or-
thodoxam veritatem tueatur pertinaciter.

IIII. Quartus est Magia, que ad Diabolos
transfert fiduciam Deo debitam, & ludit su-
perstitionibus, quarum causa neq; in natura,
neq; in ordinatione Dei posita est.

V. Quintus est Neglectio Evangelij multi-
plex, Quia alij omninò deficiunt ab Euange-
lio: alij non invocant Deum pralucente fidu-
cia Mediatoris, sed manent in dubitatione de
promissionibus.

VI. Sextus Gradus est Hypocrisis, cujus ap-
pellatione continentur securitas, superbia, im-
patientia, desperatio. Tales enim sunt omnes
hypocritæ: In rebus secundis vivunt sine Ti-
mo.

more Dei & sine fide, & freti sapientia, iustitia, aut potentia sua alios homines ex alto despiciunt. In rebus adversis fremunt adversus Deum, & plerumq; opprimuntur desperatione, ut Saul & alij.

In hanc igitur tabellam inspicientes discimus agnoscere cordis humani pravitatem, & malitiam, & verè expavescamus agnitione iudicij divini adversus hæc mala: & remedia à Filio Dei fide & invocatione petamus.

Non assumes Nomen Domini Dei tui vanè.

Ut primum præceptum concionatur de agnitione Dei in mente, & de motibus voluntatis & cordis, quibus ad Deum accedimus, & in eo acquiescimus: Ita hæc lex præcipit de externa ejus agnitionis professione & testificatione. Vult enim Deus linguam cum mente congruere, & unumquemque, quod de Deo sentit, testatum facere, ut & Deus celebratur, & Diaboli expavescant audito præconio Dei, quem ipsi contumelia afficere student.

Sunt igitur modi quatuor, quibus Deum celebrare possumus. Primus & summus est vera Dei invocatio. Alter huic cognatus est

gratiarum actio. Tertius confessio Euangelij.
Quartus propagatio doctrinae caelestis.

De primo modo Psalmus 50. dicit: *Invoca me in die tribulationis, & eripiam te, & tu glorificabis me.*

De altero nota sunt sententiae in Psalmis traditae, ut Psalmo 116. *Quid reddam Domino pro omnibus, quae mihi dedit: Hostiam laudis sacrificabo ei.*

Tertius modus commendatur à Christo gravissima oratione Matthaei 10. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo caelesti.*

Postremus modus laudatur, Ioannis 15. *In hoc glorificatur Pater meus, si fiatis mei discipuli, & fructum multum feratis.*

Quare intelligamus, hac lege nos obligari non tantum ad privatam invocationem, & gratiarum actionem, sed etiam ad publicam Euangelij confessionem, & propagationem, quam quidem, ut fideliter constanterque prestare possimus, toto pectore Deum fiducia filij oro.

ANTITHESIS.

Eadem est Antithesis primi & secundi praecepti. Omnes enim pestes, quae in corde grassantur, diu latere non possunt, sed erumpunt

punt in nervum Linguae. Pugnant ergo cum
hac secunda lege, omnes sermones Epicurei,
Stoici, Academici, omnes idolatrica invoca-
tiones, superstitiosa verborum conceptiones,
hereticorum blasphemiae, quales sunt Maho-
metistarum, Iudeorum recentium, furiosorum
Papistarum contumelia adversus officium
Christi & Evangelium, hypocritarum obve-
ni dogo, qui prae texunt Evangelium privatis
cupiditatibus, ambitioni, avaritia, odio, &
aliis morbis. Item negatio Evangelij. Has pe-
stes, ut Deus ex agro atque sinibus Ecclesiae
propter gloriam nominis sui exterminet, assi-
duis gemitibus petendum est.

Memento ut diem Sabbathi San-
ctifices.

Quemadmodum duae tabulae Moysi, in
arca faderis repositae asservabantur; ita ne-
cesse est custodiam primae tabulae certis homi-
nibus commendari, ne Ecclesia, aut impia frau-
de, aut anili superstitione obligetur. Laudan-
da est igitur sapientia, & bonitas Dei, qui in-
stituit ministerium docendi, idq; excitatis ido-
neis doctoribus subinde restaurat. Nisi enim
hoc ministerium servaretur divinitus, levi

momento omni veris Dei notitia ex hominum memoria deleteretur.

Quare perspicua est hujus mandati sententia affirmativa.

Vult Deus à ministris tanquam à custodibus præclari depositi, purè & incorruptè Legem & Evangelium populo proponi, & Sacramenta legitimè administrari, quæ sunt commonefactiones, & testimonia de voluntate Dei, ut Filio Dei ex genere humano Ecclesia celebratura ipsum, unâ cum Patre & Spiritu Sancto, in omni æternitate colligatur.

Vult etiam à populo reverenter audiri doctrinam, quam ministri sonant, & fidem exerceri in usu Sacramentorum, & in omnibus officiis vitæ. Singulos etiam obligat ad defendendum, & conservandum ministerium, Quod fit, quando personæ rectè docentes liberaliter aluntur, & fortiter defenduntur ab auditoribus, in primisq; à Magistratibus, quorum præcipuum munus est curare, ut Ecclesia rectè doceatur, & ministri habeant honestum victum, & necessariam defensionem. Hanc enim ob causam nutritij Ecclesia appellantur.

ANTITHESIS.

Pec.

Peccata pugnancia cum hoc præcepto sunt:
Neglectio & contemptus ministerij, quæ non
solum in vulgo, sed etiam in potentum animis
dominantur.

Impedimenta & desertiones variæ mini-
sterij. Multis enim negotijs non necessarijs
onerantur, atque impediuntur Doctores, de-
seruntur Ecclesiæ à magistratibus impijs, qui
aut fame enecant familias ministrorum, aut
trucidandas eorum familias Tyrannis obijci-
unt, aut ipsi in eos sæviunt.

Item scandala multiplicia, quibus do-
ctrina Euangelij deformata apud hostes malè
audit.

Deniq; infinitus est numerus peccatorum,
quæ ministeriũ opprimere, atq; extinguere co-
nantur, ut, corruptela doctrinæ, prophanatio-
nes Sacramentorum.

Itaque à Deo petendum est, ut ipse extru-
dat idoneos operarios in messem suam, & det
dona hominibus, ne circumferantur omni
vento doctrinæ, flectat etiam aliquorum gu-
bernatorum mentes, ad fovendas reliquias
piarum Scholarum & Ecclesiarum, quæ ita
sunt connexæ, ut venæ & arteriæ in Corpore
humano. Vt enim arteria sanguinem ex venis

adjunctis lambunt, sic Scholas, in quibus studia pietatis & literarum coluntur, Ecclesiis adjunctas esse oportet, ut ex cœtu discipulorum, eligantur idonei ministri ad docendam & gubernandam Ecclesiam.

DE SECUNDA TABULA.

DECALOGI:

Honora patrem & matrem, &c.

Cum Lex sine executione nihil valeat, Deus sapientissimo consilio instituit parentes & magistratus, ut sint custodes disciplinae in utraque tabula, & eos, qui extra fines officiorum vagati sunt, per penas intra metas retrahant.

Describuntur ergo mutua quaedam officia, qua inter inferiores & superiores exerceri debent.

Parentes praestent liberis educationem, piam & honestam, & defensionem, ut Paulus praecipit Ephes. 6. Educate filios vestros in disciplina & doctrina domini.

Liberi vicissim praestent parentibus amorem, honorem, & obedientiam in omni officio honesto, & meminerint se obligatos esse ad reddenda àντιγεωργία, egenis parentibus, tole-

tolerent etiam magna *ἐπιχειρῶν* morositatem,
& deliria senio confectorum parentum, & ad
hanc tolerantiam sese exuscitent recordatio-
ne plurimarum sordium & molestiarum, quas
nostra pueritia parentibus attulit.

Magistratus curent subditos rectè doce-
ri de Deo, tollant idola & manifestas blasphe-
mias, foveant ministros Evangelij, legibus
& armis tueantur disciplinam & pacem, af-
ficiant penis improbos, defendant ac premiis
ornent bonos.

E regione subditi reverenter sentiant ac
loquantur de Magistratibus, agnoscant medi-
ocrem gubernationem, in qua conservantur
res bonæ, doctrina de Deo, disciplina, pax, ordo
judiciorum, singulare donum Dei esse, propter
quod & Deo auctori politicae societatis gratia
agenda sunt, & ministri diligendi.

Hic gradus honoris summus & maximus
est, videlicet, vera cordis reverentia & sub-
jectio, quæ græcè *ἐυλάβεια* appellatur.

Alter gradus honoris est obedientia, in
omni externo officio honesto, quæ quidem præ-
standa est non tantum metu pænæ, sed multo
magis propter conscientiam, quæ læditur, & fit
rea iræ Dei, admissa violatione legum quæ

sunt edicta Magistratum legitimorum.

Ad hunc gradum pertinent vectigalia, tributa & pensiones extraordinaria, que sunt nervi rerum gerendarum tempore pacis & belli. Neque enim Respublica sine magnis sumptibus, aut domi gubernari, aut foris defendi potest.

Tertius gradus, qui appellatione honoris continetur est ἐπιχρῆστα, tolerans aut dissimulans communes infirmitates gubernatorum. Quia nulla est tam felix gubernatio, in qua non multa errata accidant. Quare si gubernator habet ἀγαθὴν, id est, voluntatem bonam, & plerunque salutaria facit, condonemus ἐπιχρῆστον quaedam errata communia infirmitati hominum.

Non occides.

Hoc precepto quasi quodam presidio firmissimo vita uniuscujusque, qua nihil homini charius est, munitur. Tanta enim cupiditas vindictæ in naturis iracundis ardet, ut nisi hac lege reprimerentur, levi occasione irritati impetum in aliorum vitam facerent.

Ac ne quis Philosophicè tantum hoc preceptum ad disciplinam seu umbram externi operis

operis accommodet, Christus locupletissimus interpretes sententiam hujus legis Matth. 5. integre enarrat. Neque mens, neque voluntas, nec cor ardeat cupiditate vindicta, sed tota natura hominis foveat communem societatem propter Deum, & singulis membris parcat.

Cum autem leges inferiores cedant superioribus, non tollitur vindicta superiori precepto sancita, hoc est, ea, quam Magistratus juxta ordinem legum exercet. Necessse est enim constitui poenas pro modo delictorum, propter quatuor causas, de quibus alibi pluribus verbis dicitur. Prima est iustitia Dei, Secunda communis tranquillitas. Tertia exemplum. Quarta commonefactio de futuro judicio.

Non mœchaberis.

Vult Deus genus humanum conditum ad suam imaginem, id est, ad castitatem, certo modo conservari & propagari. Ideo legem de modo propagationis, hoc est, de conjugio sancit, & damnat omnes commixtiones extra hunc ordinem vagantes.

Et quidem, ut hæc lex esset illustrior, promulgavit eam in Paradiso, antequam primi parentes laberentur, & postea sæpenumero

horrendis exemplis declaravit iram suam ad-
versus vagas libidines.

Quamobrem casti pudoris decus tue amur
sive in conjugio, sive in vita cælibe, ut me-
te casta Deum invocare possimus. Est enim
Deus mens castissima, & procul segreganda
ab omnibus naturis immundis, quales sunt
Diaboli & eorum organa.

Non furtum facies.

Cum hac vita non possit carere hospitio,
victu, facultatibus, communicatione rerum,
& contractibus, magna profectò gratia Deo
conditori, & conservatori humanae societatis
habenda est, quòd suam cuique domum, vi-
ctum, & facultates hac lege tanquam vallo
firmissimo cinxit, & equalitatem in contra-
ctibus sanxit.

Intelligamus igitur proprietatem rerum
necessariam esse, nec quenquam in contracti-
bus defraudemus, sed propter Deum, autho-
rem hujus mandati colamus equalitatem, ne
altera pars generis humani exhaustur.

Quemadmodum autem Lex Non oc-
cides de beneficentia Dei, & Lex Non
mœ-

*mœchaberis de castitate Dei nos admonet:
ita hæc lex proponit commonesactionem de
æqualitate in Deo. Iubet, ut sentiamus Deum
verè æqualem esse in puniendis contemptori-
bus Filij, & in recipiendis his, qui filio oscu-
lum præbent.*

*Non loqueris falsum testimoni-
nium, &c.*

*Non dicam de peccatis, quæ secunda ta-
bula repugnant. Sunt enim notiora, quàm ut
commemorari debeant. Quis enim non intel-
ligit, præcepto *Honora, &c.* adversari
seditionem & ἀσέβειαν? Postea præcepto.*

*Non occides contrarias esse cedes, & alia
detrimenta, quibus hominum salus læditur.
Cum præcepto *Non mœchaberis*, pu-
gnare confusiones horrendas libidinum. Cum
præcepto *Non furtum facies* conturba-
tiones contractuum,*

*Ita ab hujus præcepti norma discrepant
omnia mendacia, omnes prestigiæ Sophisma-
tum in religione, artibus, judiciis & contra-
ctibus.*

Verum

Verum omiffa Antithesi fecunda tabula,
tantum de affirmativa dicam.

Quatuor sunt virtutes pulcherrime, ma-
ximeq; necessariae in omni vita. Prima est pie-
tas erga Deum & Ecclesiam, de qua conciona-
tur prima tabula.

Altera est justitia sancita tribus legi-
bus secunda tabula: Honora parentes. Non
occides. Non furtum facies. Hujus formam
rectè anteponit Aristoteles, Hespero & Lu-
fero. Tertia est castitas, quam Lex Non
mœchaberis velut insignem gemmam hu-
mano generi commendat. Quarta est veritas
cujus preconium extat in hac lege Non di-
cas falsum testimonium. Nam veritas
est finis, propter quem homo conditus est, aut
certè aditus ad finem, et causa omnis boni Dei
& hominibus, ut Plato gravissimè dixit.

Etenim veritas tuetur, & defendit ve-
ram Dei agnitionem, & invocationem, respu-
tatis prestigiis falsarum opinionũ de Deo &
de cultu Dei. Deinde in artibus, judiciis, &
pactis præstat animi constantiam, cavet ne
boneres, gravi consilio tradita, Sophismatum
prestigiis obruantur, amat rectas dijudica-
tio

1
tiones controversiarum forensium. Denique
fidem pactorum inviolata religione, & inte-
gro officio servat.

Amemus igitur, & colamus veritatem,
tūm propter alias causas, tūm præcipuè prop-
ter hanc causam, ut sit commones factio de ve-
ritate Dei. Est enim Deus verax in servandis
promissionibus, & comminationibus.

Non concupisees.

Ultima lex Decalogi non tantum est enar-
ratio totius legis postulantis novitatem spiri-
tualem, expertem malarum inclinationum:
Sed etiam instar arcula est in qua instrumen-
ta rei familiaris servantur.

Primum enim discernit Decalogum à
Legibus Solonis & Lycurgi, quæ tantum de
externa disciplina præcipiunt. Nam Decalo-
gus requirit congruentiã omnium virium cum
norma justitiæ in mente divina, & damnat
omnes cupiditates ab hac norma aberrantes.

Deinde instrumenta rei familiaris, vide-
licet operum ministros & jumenta velut in
arcula præclare munita, in hac lege reponun-
tur. Vt enim fabrum in promptu habere oportet
malleos, ferramenta, & vectes: Sic necesse
est patrem familias instructum esse ministris
&

& jumentis ad operas domesticas conficiendas. Ex quo intelligi potest, quantum rei familiaris impedimentum sit ministrorum & jumentorum ab alienatio.

DE PROMISSIONIBVS ET
COMMINATIONIBVS ADDI-
TIS DECALOGO.

Solon sapientissimè dixit: Rempublicam duobus nervis contineri, premiis rectè factorum, & pœnis scelerum. Nam & spes premium invitat bonos ad studium virtutis, & metus panarum improbos à maleficiis deterret. Hæc politica imago utcumq; declarat, cur Deus Decalogo addiderit varias promissiones, & comminationes.

Ac primi quidem præcepti promissio testatur, Deum benefacere universæ posteritati propter maiorum pietatem & justitiam, ut Ionathæ posteritas servatur annis 500. usque ad exilium Babylonicum, stirpis deleta familia Saulis.

Testatur etiam hæc promissio, in Deo eminere bonitatem, quæ quamvis justam iram mitiget. Nam pœna tantum vagantur per paucos gradus liberorum & nepotum. At bonitas totam posteritatem complectitur, ut exem-

exemplum familiae Davidis declarat, quae annos mille usque ad Christi missionem in Carnē mansit. Nam cum puxit Deus, alienam personam sustinet, ut Esaiæ 28 cap. dicitur.

Promissio specialis precepti *Honora patrem & matrem* longè dulcissima est: *Eris longævus super terram, & felix.*

Magnum beneficium est vitæ propagatio sine multis morbis & Tragicis calamitatibus. Sed majus bonum est felicitas laborum in vocatione, cui omnia cedunt, & prona sunt.

Cogita enim, quantum decus fuerit magnitudo successuum Alexandri, qui intra annos duodecim maximam partem orbis terrarum victoriis suis illustravit? Quanta res est, quod Paulus triginta sex annorum spacio ex Europa, & Asia Ecclesiam aeternam docendo collegit, & in ipso carcere plurimos homines voce, & literis, aut ab errore, & idolatria ad veram Dei agnitionem, & invocationem revocavit, aut Ecclesias benè constitutas in officio retinuit.

Tantæ felicitatis particulam quisquis expetit, is pietatem erga parentes, præsertim senes & calamitosos exerceat, ac sciat se hoc præ-

mium consecaturum esse, ut sit vas misericordie, & organum faciens aliqua Deo grata, & salutaria sibi ipsi & aliis. Hoc bono nihil optabilius cogitari potest.

Querat autem aliquis, quomodo promissiones legis sint rata & utiles, cum pendeant ex conditione completa legis, & nemo hanc obedientiam sine peccato prester.

Paulus uno versu totum locum conficit 2. Corinth. 1. Omnes promissiones in Christo sunt Amen, id est, agnito Mediatore, & accepta propter eum remissione peccatorum ac reconciliatione, fiunt rata, & utiles promissiones legi addita, quia & persona jam accepta est, & obedientia inchoata Deo placet propter Mediatorem, qui est umbraculum tegens reliquias peccati, ne in oculos Dei incurrant.

Sed tamen hæ promissiones procul discernantur à promissione, quæ est Evangelij propria. Nam promissio Evangelij firma & rata est sive nascentibus, sive cadentibus rebus humanis, nec pendet ex ulla conditione operum. Sed simpliciter gratuita est: At verò promissiones annexæ certis operibus, non sine multis correctionibus intelligenda sunt. Semper enim his promissionibus inclusa sunt conditiones

nes de pœnis impiorum, & de castigatione piorum. Sed hæc in titulo de Cruce, quam Ecclesia certo consilio gestat, pluribus verbis explicatur.

Comminatio primi præcepti, quanquam severa est, & testem habet universalem experientiam, tamen exceptionem admittit in conversis. Nam sola conversione impetratur, aut remissio, aut certè mitigatio pœnarum. Quare non audiamus vocem hujus tristissimæ comminationis, tanquam decretum in tabulis Parcarum incisum, sed statuamus Deum liberâ voluntate & punire impios propter sua, & majorum delicta, & remittere pœnas, vel mitigare conversis.


Ex his perspicuum est, Evangelium esse dulcissimam interpretationem, & dispensationem seu *ἐπιείκεια* legi. Conjungantur ergo in Ecclesia hæc genera doctrinarum, quia alterum alterius opem pascit. Ut enim lex præparat animos ad percipiendam Evangelij consolationem: Sic vicissim Evangelium docet, qua ratione inchoari possit obedientia Legis, & quomodo placeat.


Hæc de sententia Decalogi brevius equidem dixi, quam rei ipsius dignitas atque am-

*plitudo postulat. Sed non fuit dicendum plu-
ribus in hac forma Catechismi. Nam justa
enarratio Legis longum volumen desi-
derat, nec ab ulla creatura pe-
nitus exhauriri po-
test.*



DISPO


**DISPOSITIO SIM-
PLEX SYMBOLI APO-
STOLICI.**

 *Xordium ducatur ab Antithesi doctrinarum. Etsi hostes Evangelij verba hujus Symboli recitant, nec ea abijciunt, ut Turci & recentes Iudæi: Tamen nativam plurimorum articulorum sententiam corrumpunt tetrè ac impiè cum summa temeritate & impudentia. Quis enim ignorat, eas opiniones olim à Pontificibus in Ecclesiam importatas esse, & nunc pertinaciter defendi, quæ adversa fronte repugnant dictis Prophetis & Apostolicis, è quibus hoc Symbolum manavit?*

Primum manifesta sunt idola, Missæ funebres & venales, Invocatio mortuorum, vota monastica, satisfactiones Canonica, & alia portenta innumerabilia, propter quæ fingunt dari remissionem peccatorum. Hæc si vera esse fatemur, sequitur illud, quod auditu quoque crudele est, Christum frustra mortuum esse, aut certè sepultum adhuc jacere, nec

propter justitiam nostram resurrexisse.

Deinde ignorant adversarij, quid intersit inter Legem & Evangelium, & dogma de dubitatione defendunt, quod convellit & labefactat universam seriem articulorum, qui in Symbolo comprehensi sunt. Qua enim fronte jubent illi nos dubitare, an habeamus remissionem peccatorum, cum in Symbolo discrete dicatur: Credo remissionem peccatorum? Sunt enim motus extreme inter se pugnantes, credere & dubitare. Etsi autem, natura duce, omnes vehimur ad dubitationem: Tamen huic malo fide repugnandum est, ut Paulus precipit, Orate sine dubitatione. 1. Timoth. 2.

Postremo vehementer errant de Ecclesia, quam fingunt esse similem politie humanae, quae alligata est ad aliquod caput visibile, & ad successionem ordinariam Episcoporum, & hos armant potestate praetoria interpretandi Evangelium.

Talem aliquam doctrinarum Antithesin p̄ Pastores tum aliàs saepe, tum paulò accuratius in Enarratione Symboli auditoribus suis inculcare debent, ut vitare possint fucosas & insidiosas religionum conciliationes.

Credo

Credo in Deum Patrem omnipotentem.

Verborum pondera expendantur diligenter. Primum enim discernitur fides à notitia intuitiva, quæ res oculis subjectas contemplatur. Est enim fides certitudo rerum non apparentium, ad Ebraeos. 11.

Deinde refutatur dubitatio Academica, cujus patrocinium ab Adversariis in Synodo Tridentina susceptum est.

Tertiò rejiciuntur & repudiantur omnia Idola, quæ sunt nihil, ut Paulus ait. 1. Cor. 8. Si quis enim ea re confidit, quæ non est Deus, aut discedit à norma patefactionis divina, is jure ac meritò condemnatur Idolomania & blasphemia.

Quartò vocabulum Patris commonefacit nos de voluntate divina. Nulla enim creatura sibi tantum sumere potest, ut affirmet, Deum esse patrem suum, nisi Dei paterna charitas & benevolentia ei patefacta sit.

Quinto accuratè consideretur descriptio omnipotentie Dei, quæ est fundamentum cæterorum articulorum.

Cum enim omnes articuli positi sint su-

pra & extra conspectum humanae rationis, de
singulis quæri solet, Quomodo fieri possint tan-
ta, tamq̄, inaudita opera. Vt enim Maria an-
xiè disputat, quomodo Filius Dei aluo mater-
na concipi possit: Ita de resurrectione omni-
um mortuorum, deque alijs partibus doctri-
nae caelestis, multi quarunt, Quomodo De-
us possit resuscitare omnes mortuos, cum
corpora evanescant, & in tennes halitus dis-
sipentur?

Sed has objectiones, quæ ex Philosophia
sumuntur, hac simplici responsione expedia-
mus: Quoties constat de voluntate Dei, fa-
teamur constare illud quoque, Deum posse ea,
quæ velit, efficere atque assequi. Nullum enim
Verbum, ut Angelus inquit, apud Deum im-
possibile est.

Condito rem cæli & terræ.

His ita explicatis, deinde explicentur lo-
ci de Deo, & de Creatione.

- I. An sit Deus.
- II. Quid sit, & qualis.
- III. Quot personæ sint Divinitatis.
- IIII. Quomodo discernantur personæ.
- V. Testimonia de hoc articulo.

VI. Quid

VI. *Quid sit Creatio.*

VII. *De providentia.*

VIII. *Testimonia.*

*Et in Jesum Christum Filium ejus
unicum.*

Primò dicatur de duabus naturis in Christo.

Secundò de officio Christi.

Tertiò Testimonia addantur.

*Qui conceptus est de Spiritu San-
cto, seu efficacia Spiritus S.*

I. *Propter quas causas ita conceptus sit. Pri-
mò, ut esset agnus Dei integer & immacula-
tus. Deinde ut nostrum conceptum immun-
dum sanctificaret.*

II. *Testimonia de hoc articulo. Genes. 3. E-
saiæ. 7. Matth. 1.*

Natus ex Maria virgine.

I. *Discernenda persona Messie ab alijs heroi-
cis viris.*

II. *Φιλαυθροπία divinitatis.*

III. *Humilitas filij Dei.*

IIII. *Dignitas humane nature.*

V. *Magnitudo beneficiorum.*

VI. *Applicatio fidei.*

Passus sub Pontio Pilato.

I. Meditatio Passionis triplex. Prima παρ-
δωρικὴ, id est historiae consideratio. Secun-
da πνευματικὴ, qua excitatur in nobis timor
& fides. Tertia παροδὺματικὴ, de qua Chri-
stus ait: Qui uolet me sequi, tollat crucem suam.

Cur fiat mentio Pilati in Symbolo, uide-
licet propter temporis circumstantiam, quae nos
admonet de Messia exhibito iuxta uaticinia,
Genes. 46. Miche. 5. Dan. 9. Hagg. 2.

Crucifixus.

Galat. 3. Christus factus est pro nobis
maledictum.

Mortuus & sepultus.

- I. De sepultura Christi.
- II. De diversis speciebus Sabbathi.

Descendit ad inferna.

- I. Testimonia, Psal. 16, Ephes. 4.
- II. Cur descendit. Osee 13. Ero mors tua, &
mors, pestis tua inferne.

Tertia die resurrexit à mortuis.

- I. Testimonia de resurrectione Christi.
- II. De effectibus resurrectionis Christi, Quo-
rum primus, est destructio Diaboli. Secundus,
Iusti

Iustitia, Tertius, Donatio Spiritus Sancti.

Quarta, donatio vite aeternae.

III. Applicatio, quae fit fide.

Ascendit in caelum.

Quatuor causa, propter quas ascendit in caelum, Prima, ut refutaret somnia Apostolorum & Discipulorum de regno politico Messiae.

Secunda, ut nobis iter in caelum patefaceret.

Tertia, ut pro nobis intercederet.

Quarta, ut daret dona hominibus.

Inde venturus est iudicare.

I. Testimonia de iudicio universali, Genes. 4. Rom. 14. Lex ipsa, & mors sanctorum, ut Pauli, quae est Macq̄uevov de doctrina, & vita aeterna.

II. De Signis antecedentibus hunc diem.

III. Quomodo animi ad illud iudicium preparandi sint.

Credo in Spiritum Sanctum.

I. Quid sit Spiritus Sanctus.

II. Quae sint eius officia.

III. Quomodo detur.

IIII. Quomodo excutiat.

Sanctam Ecclesiam Catholicam.

- I. *Quid sit Ecclesia.*
- II. *Vbi sit, & quomodo agnoscatur.*
- III. *De discrimine vera Ecclesie, & cætus hypocritarum.*
- IIII. *Quid agat Ecclesia.*
- V. *Quid patiatur.*
- VI. *De stabilitate Ecclesie mansure ad omnem eternitatem.*

Remissionem peccatorum.

Circumstantia remissionis peccatorum.

Quis, quid, ubi &c.

- II. *De fide speciali, qua unus quisque hoc tantum beneficium ad se transfert.*
- III. *Refutatio dubitationis Academice seu Tridentine.*

Carnis resurrectionem.

- I. *An Deus velit resuscitare mortuos.*
- II. *An Deus possit hanc tantam rem efficere.*
- III. *Qualis futura sit resurrectio mortuorum.*

Et vitam eternam.

- I. *De fine bonorum.*

II. *Quid*

II. *Quid sit vita aeterna.*

III. *De discrimine hujus vitae, & aeternae.*

Hanc Symboli dispositionem judico, esse simplicissimam, & maxime ad docendum accommodatam. Cum autem de rebus ipsis satis multa dicantur in scriptis praeceptorum, illinc assumantur, quae ad hos locos explicandos pertinebunt.



DE



DE ORATIONE DOMINICA.

METHODICA ET BREVIS
EXPLICATIO INVOCATIONIS.

Quid est invocatio?

Invocatio est alloqui verum Deum patefactum in Ecclesia, & distinctum à commentitiis numinibus, & ardentem ab eo petere bona presentia & aeterna, & fiducia filij statuere nos, recipi, & exaudiri nostros gemitus, & expectare liberationes, quanquam differantur.

Quae sunt species Invocationis?

Duae, vera & falsa. Vera est, qua Deum patefactum certo verbo & claris testimoniis fiducia Filij compellat.

Falsa est, qua vel à Deo patefacto aberrat, & tribuit illi rei, qua non est Deus, omnipotentiam, vel dubitat de exauditione. Differt enim dupliciter invocatio Ecclesiae, ab aliarum gentium *θεογονεία*: Agnitione essen-
tia

tie & agnitione voluntatis Dei.

Etsi enim alie gentes extra Ecclesiam nomen Dei crebris sermonibus usurpant: tamen cum ignorent patefactiones Dei, erroris opinione Idolum sibi sculpunt, quod non est Deus. Deinde cum sint ignari promissionum divinarum, non possunt certi aliquid constituere de exauditione, sed manent in perpetua dubitatione.

Ecclesia verò hunc Deum invocat, qui se patefecit misso Filio unigenito Domino nostro Iesu Christo crucifixo in Ierusalem, & resuscitato, & effuso Spiritu Sancto in Apostolos. Nec dubitat, quin Deus confugientes ad mediatorem filium diligat. Sed de hoc discrimina sæpè aliàs dicitur.

Causæ efficientes.

Αἶνον ἐστὶν πνεῦμα Ἅγιον, qui non sine causa Spiritus gratiæ & precum appellatur. Zachar. 12. Nam hic Spiritus, qui verè est essentia divina, testimonium perhibet Spiritui nostro, quòd simus Filij Dei, & nostræ infirmitati opitulatur, ut cum velimus, tum etiam possimus preces Deo adhibere, Rom. 8.

Ὁ λόγος ἐστὶν ῥηθὴρ τοῦ Θεοῦ, quod continet

man-

mandatum Dei, & promissionem iure juran-
do confirmatam: Amen, Amen dico vobis,
quicquid petieritis Patrem in nomine meo, da-
bit vobis, Ioan. 16. Σόφρονα sunt in renatis
mens attentè cogitans de Deo, & voluntas ob-
temperans Spiritui Sancto, ac repugnans du-
bitationi. Haec causa uno versu comprehendun-
tur. Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem
in Spiritu & veritate.

Materia.

Sunt res petenda, quae sunt in duplici di-
scrimine. Alia corporales, Alia aeternae.

Corporales necesse est peti cum quadam
correctione & exceptione, non modò circum-
stantiarum, sed etiam obedientiae Deo debita.

Res aeternae simpliciter, & sine ulla dubi-
tatione petantur.

Forma.

Nulla extat melior precandi forma, quam
quae à Christo Matth. 6. & Luc. 11. tradita
est. Nam in ea optimo ordine res necessariae,
& salutes comprehense sunt. Quare hanc
formam sine superstitione retineamus, & no-
stra vota ad summi sacerdotis precationem, quae
Ioan. 17. recitatur, adjungamus.

patet

Pater noster, qui es in caelis.

Duae res vehementer inter precandum nostros animos excruciant, Vna An Deus velit dare bona, quae petimus. Altera, An possit nostris votis satisfacere. His animorum nostrorum curis & sollicitudinibus consolationes maximè congruentes opponuntur in hujus precationis exordio.

Cum enim Deus sit Pater noster, & verè nos diligat, tanquam Filios sibi charissimos, possumus ne dubitare, quin larga manu ea nobis velit suppeditare, quae ad Salutem nostram pertinent? Tanto enim ardentior est Dei Φιλανθρωπία, quàm Φιλοσοργία parentum pectoribus insita, quanto ipse rebus omnibus praestat.

Deinde, quoniam in caelis est, id est, omnipotens conditor & conservator naturae rerum, & opitulatur liberrimus, qui ubique adest, & videt gemitus cordium, hanc πολλοσφορίαν teneamus, Deum non modò scire & velle, sed etiam posse ea, quae petimus, praestare, & quidem maiori mensura, quàm à nobis petuntur, ut Ephes. 3. dulcissimè scribitur: τῷ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντων νοησῶν ὑπὲρ ἐκπερ-

περισσὸν ὡν ἀπέμεθα ἢ νοῶμεν.

Sed dixerit fortasse quispiam, qua fiducia audes tu Deum appellare Patrem, cum tot delictorum conscientiam circumferas, & nihil nisi pœnas meritus sis?

Huic objectioni occurrit Iohannes cap. 1. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et Christus resuscitatus Ioan. 20. inquit. Ascendo ad Patrem meum, & ad Patrem vestrum. Item Psal. 22. Narrabo nomen tuum fratribus meis.

Quamquam igitur non sum ἀναμάρτητος, Sed Deum multoties partim ignorans offendi, partim sciens, tamen exploratum habeo, me esse filium Dei, & fratrem Christi propter huius Pontificis intercessionem, & hoc duce fretus, ad Deum, velut Patrem Φιλοσοφώτατον, confugio, meq; ab eo recipi, & exaudiri statuo.

Vt autem Patris dulcissima appellatio nos de fide & promissionibus admonet: Sic pronomen NOSTER ὑπομνημα est dilectionis, qua nō modo universam Ecclesiam, sed & pios singulos complecti debemus. Quare in quotidiana precatione ad petitionem de nostris rebus adjungamus petitionem de salute totius Ecclesie.

Sanctificetur nomen tuum.

Sicut

Sicut primum preceptum concionatur de
vera Dei agnitione, & de motibus volunta-
tis & cordis, hanc notitiam comitantibus :
Ita prima pars orationis Dominice petit, ut
Dei gloria, id est, infinita ejus sapientia, justi-
tia, bonitas, ac misericordia certissimis argu-
mentis patefacta, agnoscat, & celebretur, ac
propagetur in genere humano, non solum in
hac vita, sed etiam in omni aeternitate. Ideo e-
nim conditum est genus humanum, ut Deum
agnoscat & celebret, & fruatur aeterna ipsius
consuetudine.

Semper autem cum petitione $\text{Ἰησοῦ} \text{καὶ} \text{τῶν}$
 ἐγγεγραμμένων conjungatur petitio ἀναπέμ-
 $\text{νω τῶν} \text{κακῶν}$. Te igitur oro, aeternae & vive
Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, ut
tuam gloriam asseras, deletis omnibus Idolis,
blasphemis, haeresibus, scandalis & aliis infi-
nitis furoribus, qui tuum sanctissimum no-
men contumelia afficiunt.

Adveniat regnum tuum.

Semper tibi inter nos elige aeternam Ec-
clesiam per ministerium Evangelij & Sacra-
mentorum incorruptum. Destruere portas infe-
rorum, quae pusillum gregem evertere conatur.
Sanctifica nos Spiritu S. tuo, ut simus aeternae

na tua hereditas. Serva, rege, ac defende naviculam, quæ vehit tuos Argonautas inter maximos fluctus & procellas tumultuantium imperiorum, Resuscita nos ex morte ad gloriam, & vitam sempiternam.

Fiat voluntas tua.

Deus, cum dederis nobis, ut velimus, datam, ut perficiamus, ut tibi fiant aliqua grata. Adjuva ministros, ut Evangelium purè & incorruptè sonent, nec dubitent corpora sua pro Testamento Dei in mortem tradere, & stolas suas lavare in Sanguine Agni. Protege umbra manus tua agmina docentium & discientium in Scholis. Rege consilio Magistratus, ut memores sui officij, rectè administrant judicia, & disciplinam, & sint nutrij Ecclesie. Denique privatas familias sic gubernana, ut verbum Dei in eis habitet abundè cum omni sapientia.

*Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie.*

*Da nobis vitam, & valetudinem, ut possimus sustinere labores vocationis, Da victum & amictum necessarium & hospitium mediocria, bonos preceptores, qui juventutem
fide.*

*fideliter erudiant, Salutares gubernatores in
Ecclesia & Republica. Concede pacem hone-
stam ijs locis, in quibus versamur, & mitiga
pœnas quas meriti sumus.*

*Remitte nobis debita nostra, sicut
& nos remittimus debitoribus
nostris.*

*Miserere nostri propter Filium tuum
Dominum nostrum Iesum Christum, quem
voluisti pro nobis esse victimam $\kappa\alpha\iota$ $\mu\epsilon\tau\omicron\iota\tau\eta$
 $\nu\epsilon\mu\iota$ $\iota\chi\epsilon\tau\eta\upsilon$. Et remitte nobis omnia peccata no-
stra, & flecte mentes ad veram pœnitenti-
am, in qua agnitionem lapsuum nostrorum &
tua condonationis gratuita sequatur nova o-
bedientia, fugiens ac reformidans omnes pec-
candi occasiones, & remittens aliis errata ac
peccata, quibus offensi sumus. Cum autem no-
stra condonatio sit immunda & imperfe-
cta, & plerumque vulnere sanato cicatrix
maneat, te ardentibus gemitibus oramus, ut
has sordes tabula aurea, qua propiciatorium
vocatur, tegas, & Spiritu Sancto tuo omnes
errantes cupiditates opprimas, atque extin-
guas.*

Et ne nos inducas in tentationem.

Semper luceat in nobis Evangelium tuum. Confirma corda nostra, ne ruant in furores Ethnicos, Iudaicos, Turcicos, Papiſticos, aut alios fanaticos errores, quorum in hac poſtrema & delirante ſeneſta mundi uberior ſeges eſt, quàm olim fuit. Longus eſt catalogus ſummorum virorum, non ſolum inter Ethnicos, ſed etiam in Eccleſia, qui ingentibus probris à Diabolo deformati ſunt, & ante in curſu ipſo oppreſſi, quàm portum conſpicere potuerunt. Quis ignorat, quantus vir fuerit Saul, quantasq; res geſſerit: Sed tamen hic primus rex in populo Dei, quàm horribiliter ad extremum lapſus eſt? Iuſſit interfici familias Sacerdotum, quæ Davidi exulanti hoſpiti-um præbuerant. Item, deſerto & relicto Deo, fonte omnis conſilij & conſolationis ſalutaris ad mulierculam magicam conſugit petens ab ea conſilium de ratione gerendi belli. Tandem impatientia & indignitate fractus, necem ſibi miſerabiliter conſcrivit, & ruit in æternum exitium. Hæc tanta mala non ſolum ab humana infirmitate, ſed à Diabolo orta & proſecta ſunt, qui etiam ſanctos talibus

pro-

probris deformare studet, ut exempla Davidis, Salomonis, Petri & aliorum innumerabilium ostendant.

Cum igitur in tanta infirmitate nostra, inter tot, & tam acres insidias Diaboli, quæ dies & noctes undique nos circumstant, nullus sapientia, aut virtus, destituta excubiis & custodia Filij Dei, perpetua esse possit, sed celeriter tanquam sterculus decidat: toto petore te oramus, ô Fili Dei vivi, crucifixe pro nobis & resuscitate, Immanuel, fac nos vasa misericordiæ, non vasa iræ, fer opem infirmitati nostræ, sicut promisisti inquiens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Reprime grassantem Diabolum, qui maiores flammæ odij acerbissimi adversus Ecclesiam nunc concipit, omnemq; regni sui conatum in nostram perniciem parat, atque meditatur, cum videat non procul abesse diem judicij, in quo immensa ipsius turpitudine angelis & hominibus patefiet, & cruciatus ejus horrendi augebuntur. Scimus Domine, quod non est hominis via ejus, neque viri, dirigere gressus suos. Dirige igitur Tu gressus nostros secundum Eloquentiam tuam. Obsigna in nobis doctrinam Evangelij Spiritu

Sancto, usque ad latissimum diem redemptionis, ut praclarum depositum tibi reddere possimus pie & inviolatè, & Coronam consequi, quae contexta est diligentibus nomen tuum.

Sed libera nos à malo.

Eripe nos ex his miseriis omnibus, quibus propter peccatum obnoxij sumus, libera nos à Tyrannide Diaboli, mitiga pœnas, quas meriti sumus. Denique, cum voles nos ex hoc fragili domicilio euocare in aeternam patriam, accende in pectoribus nostris initia vitae aeternae. Haec est autem vita aeterna, ut agnoscant te verum Deum, & quem misisti, Iesum Christum.

Quia tuum est regnum, tua potentia, tua gloria. Amen.

Hoc Epiphonema recitat causas impulsivas & finales, quas Deo inter precandum subijcere atque proponere debemus.

Impulsiva est Regnum Dei.

Finalis est Gloria Dei, id est, notitia Dei & laus misericordiae, & bonitatis Dei. Cum te nobis immensa bonitate patefeceris, tradideris nobis verbum tuum, ac propter id in nobis habi-

habites, ne sinas extinguilumen Evangelij
tui, & agnitionem & invocationem nominis
tui, ne sinas doctrinam deleri de disciplina,
ac plena omnia fieri Turcica & Hispanica im-
pietatis ac spurcicia, exaudias Ecclesia tua ge-
mitus propter Filium tuum qui dixit: Amen,
Amen dico vobis, quicquid petieritis Patrem
in nomine meo, dabitur vobis.

Sepè hanc vocem Psalmi repetamus, quæ
acres stimulos in animis nostris relinquit, Ne
memineris iniquitatum nostrarum antiqua-
rum, citò anticipent nos misericordia tue,
quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva
nos Deus salutaris noster, & propter gloriam
nominis tui Domine libera nos, & propitius
esto peccatis nostris propter nomen Sanctum
tuum, ne quando dicant in gentibus, ubi est
Deus eorum?

Fines invocationis.

Primus est, ut Deo prestetur cultus, ad
quem natura humana condita est. Neque ve-
rò id solum, sed etiam redempta per Filium, &
donata Spiritu Sancto. Ideo enim conditi su-
mus à principio, & deinceps per filium redem-
ti, ut Deum invocemus & celebremus, Ean-

dem ob causam Spiritus Sanctus ex pectore
aterni Patris & Filij in nos transfunditur,
ut hunc cultum, quem Deus judicat esse sum-
mum & maximum, prestare possimus.

Secundus est, ut Diaboli, audita vera Dei
invocatione expavescant, & fugiant.

Tertius, ut discrimen conspiciatur vera
Ecclesie Dei, cujus propria nota est invocatio,
& aliarum sectarum, quae multis, & diversis
modis à Deo aberrant.

Quartus, ut res salutares, & necessariae
nobis ipsis, Ecclesie, & Reipublice consequa-
mur: Horum finium consideratio merito nos
ad invocationem exuscitare debet.

Effectus.

Omniū virtutum longè maxima, ma-
ximeq; necessaria, est vera Dei Invocatio, &
radix virtutum reliquarum, & presidium in
hac misera natura precipuum.

Sunt igitur effectus invocationis omnes
mirandae liberationes, aut certè mitigationes
calamitatum, Omnes gratiae positivae & pri-
vativae, ut veteres dixerunt, Donatio verbi
& Spiritus Sancti, nutritio & defensio corpo-
ris & animae, depulsio Diaboli, literarum &
vera

vera doctrina defensio, gubernatio divina in moribus & consiliis, felicitas liberorum, vitatio scandali, bona fama, concordia publica, pax, & mediocris status politica, constitutio Salutaris Ecclesie & Scholarum.

Cognata.

Fides adeò cognata est vera invocationi, ut cogitatione magis quam re, ab ea separari possit. Sunt & alia virtutes omnes huic Regine cognatae, ut verbi causa, temperantia, castitas, mansuetudo, tolerantia. Res enim ipsa ostendit, ebrium non posse laborem invocationis sustinere, qui est omnium difficilimus, ut quidam ex Eremitis dixit. De castitate Epistola ad Hebre. 13. inquit, Sequimini sanctificationem, sine qua nemo Deum videbit. Et notus est versiculus: Casta Deus mens est, casta vult mente vocari. De mansuetudine, & tolerantia Paulus 1. Timoth. 2. precipit, Orate sine ira & hesitatione.

Pugnantia.

- I. Epicureus contemptus Dei.
- II. Fiducia humanorum praesidiorum.
- III. Admiratio propriae sapientiae, & potentiae.

III. Omnes idolatrica invocationes sive San-
ctorum, sive alia.

V. Perseverantia in delictis contra conscien-
tiam, de qua Iohan. 9. dicitur. Peccatores De-
us non exaudit.

VI. Tentationes assidue in currentes in ani-
mos de nostra indignitate & particularitate.

Vt autem promissio Evangelij gratuita,
quæ non pendet ex nostris meritis, indigni-
tati nostre opponenda est: Sic altera imagina-
tio refutetur, objecta Gorgone promissionis u-
niversalis.

Denique impedimenta precatationis tanta
sunt in varietate, ut nemo ea numerare possit.

Tu igitur Domine, labia mea aperiās, ut os
meum sonet laudem tuam.



DE BAPTISMO.

Quid est Baptismus?

BAPTISMA est Ceremonia à Deo instituta, continens mersionē & pronūciationē verborū, Ego Baptizo te in nomine Patris, et Filij, et Spiritus S. qua fit ab intelligente hunc ritū, & non continente ordinationē divinam, sed habente hoc propositū, ut reverenter faciat quod divinitus traditū est, testificās, Baptisatū ab hoc vero Deo Patre Domini nostri Iesu Christi recipi, & quidem propter Filium exhibitū generi humano, ut sit mediator, & effundi in eum Spiritum Sanctum, qui inchoet in nostris mentibus novā & aeternam justitiam & vitā.

Quid significant haec verba baptismatis: Ego Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.

Invoco te omnipotens, aeternae & vive Deus, aeternae Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te patefecisti immensa bonitate, & clamasti de Filio tuo, Domino nostro Iesu Christo, Hunc audite, conditor Caeli & terra, hominum & Ecclesiae tuae, & conservator, & opitulator, & resuscitator, unā cum Filio tuo Domino nostro

Iesu

Iesu Christo, & Spiritu Sancto, sapiens, bone,
verax, iuste, caste, liberrime, misericors, ve-
rè diligens & exaudiens nos, custos Ecclesiæ,
Miserere huius baptizati propter Filium tuum
Dominum nostrum Iesum Christum, quem vo-
luisti pro nobis esse victimam ^{xxi} ^{xxii} ^{xxiii} ^{xxiv} ^{xxv}
& sanctifica eum Spiritu Sancto tuo,
ut te verè agnoscat & invocet, tibi verè cre-
dat, & gratias agat & obediat.

Effectus Baptismi qui?

Propria bona sunt Ecclesiæ, Remissio pecca-
torum, imputatio iustitiæ, et acceptatio ad vitam
aternam, cum qua conjuncta est donatio Spiritus
S. Hac bona impertit Christus Credentibus
per ministerium Evangelij & Sacramentorum,
in quibus est & Baptismi Ceremonia, ad hunc
finem præcipuè ordinata, ut testetur, ablui pec-
cata Sanguine Filij Dei, & nos reconciliari ve-
ro Deo, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi.

Sunt & alij effectus Baptismi, videlicet
stipulatio conscientie erga Deum per resur-
rectionem Iesu Christi, Et novitas, de quibus
alibi plura dicuntur.

Sunt ne Infantes baptizandi.

Hujus questionis explicatio assumatur ex
Locis Theologicis præceptoris P. M. DE



DE COENA DOMINI.

- I. *Quid est Cæna Domini.*
- II. *Qui sunt fines Cænae Domini.*
- III. *An integer usus hujus Sacramenti ad Laicos pertineat.*
- III. *Quid detur utentibus hac Cæna.*
- V. *Qua ratione animi preparandi sint, ne indigne ea utantur.*

De prima questione.

Cæna Domini est actio certi generis gravissima & sanctissima, quam Filius Dei ante postremum agonem instituit, & universa Ecclesie summa cum pietate & observantia retinendam atque usurpandam precepit, ea videlicet, in qua pane manducato & vino hausto simul nobis exhibet, atque impertit juxta formulam testamenti Corpus illud, quod pro salute generis humani acerbissimos cruciatus sustinuit, & Sanguinem preciosum, quem amore nostri ardens, largè effudit, Est q̄ hac actio à Christo ipso ordinata, ut utentibus in memoriam revocet magnifica beneficia & saluta-

lutaria, quae ab eodem in genus humanum
profecta sunt, & hac dulcissima recordatione
in nobis exuscitet fidem, invocationem, con-
fessionem, spem resurrectionis, piam reveren-
tiam, & gratitudinem erga Deum, qui propter
hanc victimam verè nos recipit, exaudit, &
saluat.

De secunda quaestione.

Cæpta Domini præcipuè ob hanc causam
instituta est, ut instar sigilli & pignoris cer-
tissimi postremam voluntatem liberatoris no-
stri morientis, id est, totam Evangelij promiss-
sionem nobis confirmet atq; obsignet. Et si e-
nim tanta est hujus promissionis certitudo, ut
nulla confirmatione egeat: Tamen ne quis-
quam de ea, in maximis tentationibus dubi-
tet, non solum jurejurando confirmatam, sed
etiam sigillo consignatam nobis tradidit, ut
singuli eam ad sese transferant. Quare si fides
tua friget, hinc materiam exardescendi petas,
ut certo statuas, te non ex quadrante, aut tri-
ente, sed ex asse heredem omnium bonorum,
quae liberator noster possidet, scriptum esse.

Hoc fine constituto, deinceps alij quæran-
tur, quales sunt, gratiarum actio, confessio
pu-

publica, dilectio proximi, stabilitas Ecclesie
ad extremum usque diem, & carnis leta re-
surrectio.

Cum enim tanta sit liberatoris nostri be-
neficentia, ut eam vix cuiusquam mens aut
cogitatio capere possit, quid est equius, quam
nos hujus Domini aut potius Fratris nostri me-
moriâ & recordationem summa cum grati-
tudine & privatim retinere, & apud alios in
cælum tollere?

Quid? quod in usu hujus Cœnæ legitimo
publicam confessionem adimus, qua testamur,
nos abhorreere ab omnibus idolatricis & bla-
sphemis opinionibus, & mansuros esse in soci-
etate veræ Ecclesie, etiamsi mors per vulnera
petenda sit. Præclare enim Cyprianus inquit:
Quoties Sanguinem Christi bibo, toties ad-
fundendum meum sanguinem pro Christo pa-
ratus sum.

Huc accedit vinculum dilectionis, quo
cum aliis membris Christo, & veræ Ecclesie
colligamur. Decet enim socios ejusdem men-
se conjunctissimè & amantissimè inter se vi-
vere.

Admonet etiam nos hic Ritus de stabili-
tate Ecclesie, de resurrectione mortuorum, si-
cut

cut Paulus inquit: *Annunciate mortem Domini donec veniat. Et Irenaeus scriptum reliquit, Fieri non potest, ut corpora nostra perpetuò sine honore resurrectionis jaceant, cum in su Cæna Domini nutriantur & augeantur Corpore & Sanguine Christi, qui est vita & resurrectio.*

Hæc de finibus Cæna Domini piè ac reverenter cogitentur, cum longè utilissima sit cogitatio, quæ de fine cujusque rei, vel actionis suscipitur.

De tertia questione.

Si vox illa æterni Patris, Hunc audite, cunctis proposita est mortalibus, possumus ne dubitare, quin mandatum Filij, Bibite ex hoc omnes, Laicos etiam ad obedientiam obliget? Non enim aliud Testamentum Laicis condidit, aliud Sacerdotibus, Sed omnes tanquam filios legitimos una formula comprehendit.

Jam cogita, quantum scelus sit, Laicis contra sententiam Testamenti, alteram partem, perinde quasi ab alio patre suscepti essent eripere, & propter nugacissimas rationes, quæ nihil momenti ac ponderis habent, à perspicuo Christi mandato discedere. Sed nolo nunc pluribus verbis hanc immanem Antichristi audaciam

ciam exagitare, cum sperem Filium Dei paulò
post graves justasq; pœnas sumpturum esse de
impiis & sceleratis violatoribus sui Testamēti.

De quarta questione.

De hac questione nemo rectius differere
potest, quàm ipse Filius Dei, inquit: Acci-
pite & manducate, hoc est Corpus meum, quod
pro vobis traditur. Item, Bibite ex hoc omnes,
hic est calix novi Testamenti, in meo Sangu-
ine, qui pro vobis effunditur. Promittit enim
tam certo nobis *ἡ ζωὴ αἰώνου* Corporis sui & San-
guinis, fide à nobis accipiendam, quàm certo
sensibus nostris offeruntur Symbola externa.
Et ad hanc certitudinem exhibitionis confir-
mandam, ipsa Symbola nominat Corpus & San-
guinem suum.

Et si autem humana mens non intelligit
sine fide, quomodo anima nostræ pascantur cor-
pore & sanguine Christi, aut quomodo ejus
ἡ ζωὴ αἰώνου efficiamur: tamen assentiamur Filio
Dei, qui & vult & potest ea, quæ recipit at-
que promittit, optima fide præstare. Vt igitur
Abraham credidit Deo promittenti posterita-
tem, quæ non erat posita in causis naturalibus,
& Maria acquievit in annunciatione Angelis,
etiamsi res ipsa, quæ nunciabatur, omnem intel-

ligentia vim superaret: Ita nos omnibus ratio-
nis humanae imaginationibus perspicuam asse-
verationem Filij Dei anteponamus. Et quia
non carnis, sed fidei negocium hic agitur, intu-
eamur mente & animo Filium Dei testifican-
tem, se applicare nobis Remissionem peccatorum,
& facientem nos membra sui Corporis, Vt ha-
bitet in nobis, & vivificet nos, sicut Hilarius
inquit, Hec sumpta & hausta faciunt, ut Chri-
stus in nobis sit, & nos in eo.

De quinta quaestione.

Postremò queri solet, qui dignè aut indi-
gnè Cæna Domini utantur. Sic igitur statuo,
per terrefactos sensu judicij divini adversus
peccatum, & confugientes ad agnum tollentè
peccata mundi. Addo etiam, habentes ~~æquai-~~
georum piè, castèq; vivendi, vestitos & ornatos
esse non quide propria dignitate, sed translata
ad ipsos, aut certè ipsis cõmunicata à Filio Dei.


Hæc dignitas illustribus verbis à Paulo
describitur Philip 2. Vt inveniar in eo, non ha-
bens meam justitiam, quæ est ex operibus, sed
eam, quæ est ex fide Christi, ut agnoscam po-
tentiam resurrectionis ejus.

Illos autem indignè ad Cænam Domini
accedere judico, qui vel Epicureas opiniones de
rel-

religione rebusq; divinis circumferunt, vel
persuasione Pharisaica suae justitiae & sancti-
tatis imbuti sunt.

Quemadmodum enim hi, qui ex crapula
pridiana adhuc crudi sunt, differentias sapo-
rum cibi & potionis non satis percipiunt: Ita
homines Epicurei non cogitant, quo consilio haec
Cæna instituta sit, & qui fructus ex ea capi-
endus sit, sed omnes religiones pariter fictas
esse arbitrantur, & Sacramentis perinde utun-
tur, quasi Symbolū eis militare ab Imperatore
daretur. Hypocritæ vero in conspectum Dei &
Ecclesiæ veniunt, ut virtutes ipsorum cum
quadam admiratione & applausu spectentur.
Itaq; Cæna Domini utuntur, non ut sigillo ju-
stitiæ fidei, sed ut præconio propriæ justitiæ.

Sed hos tetros errores Paulus tristi sententiâ
condemnat, Qui indignè manducat ac bibit,
quod fieri solet à porcis & canibus, hoc est, ab
Epicureis & Hypocritis, judiciū sibi accersit, &
reatu Corporis & Sanguinis sese polluit, quo ma-
lo nullū atrocius cogitari potest. Nemo igitur
ad Cænam Domini crudus aut satur accedat, sed
jejunus, id est, in vera pœnitentiâ, emendet se-
curitatē & confidentiâ, et avidè expetat justi-
tiâ sine lege patefactâ, de qua nõ modò Lex &
Propheta, sed etiâ Sacramenta testificantur.



GENERALES AD
MONITIONES DE OPTI-
MA RATIONE INTER-
PRETATIONIS

*Scriptorum Prophetarum &
Apostolicorum.*

I.

*1. Petri. 4. Qui loquitur in Ecclesia, ser-
mones Dei loquatur. Non igitur doceat Ethica
Aristotelis, non recitet fabellas de Sanctis, non
quarat fucosas excusationes errorum, ut in
regno Antichristi fieri solet.*

II.

*Roma. 12. Enarratio scripturae sit directa
ad αναλογίαν fidei, & congruat cum symbo-
lis & reliquo Corpore doctrinae divinitus tra-
ditae, nec ulla doctrina pugnans cum hac nor-
ma recipiatur.*

III.

*1. Corinth. 14. Qui prophetat, loquatur
πρὸς οἰκοδομίαν πρὸς παρακλήσιν, πρὸς πλη-
μυδίαν. Sunt igitur tres fines Enarrationis:
Primus, doctrina de necessariis articulis. Secun-
dus*

das Consolatio firma in erumnis. Tertius hor-
tatio ad cursum pietatis.

IIII.

2. *Timoth. 2.* Oportet Episcopum ἐπιτο-
μῶν τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, id est, pruden-
ter & ardentem segregare Legem ab Evange-
lio, politica à spiritualibus, & vitare horum
generum confusiones. Vt enim præcipuum lu-
men est Sacre Scripturæ, conspicuis limitibus,
tanquam in iudicio regendorum sinium di-
scernere Legem & Evangelium: Ita hoc discri-
mine sublato, horrendæ tenebræ in Ecclesia e-
xistunt.

V.

Cum autem Ecclesia non gignat novum
genus doctrinæ de Deo, sed tantum sit Gram-
matica quadam & Dialectica sermonis divi-
ni, & testis veræ sententiæ: Primum Gram-
matica diligentia adhibeatur in declarandis
vocalibus, & Phrasibus, & hæc declaratio ex
veris fontibus sumatur. Deinde Dialectico or-
dine disponantur, atq; dispensentur membra
Orationum divinarum. Postremò refutentur
Corruptelæ interpretum, qui Scripturæ caligi-
nem offuderunt, ut pia Confessione veræ sen-
tentiæ auditores confirmantur.

VI.

*Epistola Pauli ad Romanos clavis est, qua
fores universæ scripturæ aperiuntur, Acta A-
postolorum sunt luculenti Commentarij Pro-
phetarum. Epistola ad Hebræos locuples Moysi
interpres est*

VII.

*Causa impulsiva & finales in Concionibus
Prophetarum & Apostolorum potissimum
spectanda sunt, videndum quo Consilio, qua
occasione quidque dicatur, & quam ad me-
tam singula partes referenda sint.*

VIII.

*Non ex singulis verbis, sed ex perpetui-
tate, & constantia estimandi sunt Propheta et
Apostoli, Itaq; series & continuatio disputatio-
nis consideretur, & dextra collatione mem-
brorum brevia dicta illustrentur.*

IX.

*Theologia, quam nos profiteremur, sit practi-
ca notitia, non speculativa. Quamobrem om-
nes partes, atq; omnia membra Concionũ Evan-
gelicarum opponantur tentationibus & spe-
ctris assidue in animum incurrentibus, Cujus-
modi sunt de indignitate, de particularitate,
de infirmitate fidei nostra.*

X.

*Singularis prudentia est videre, ubi τὸ πῶ-
τον retinere necesse sit, & ubi querenda sit,
mollior & concinnior διάφορα. Qua de re præ-
cepta in Dialecticis traduntur.*

XI.

*Conciliatio dextra locorum prima specie
pugnantium sumatur ex definitione contra-
dictionis, quæ in Dialecticis traditur. Nam ut
vera sit contradictio, necesse est, eadem esse ex-
trema, de eodem loco & tempore, & respectu
ejusdem, & sine ambiguitate intellecta. Ut Ia-
cobi dicta de fide, non pugnant cum Paulina
disputatione. Quia Jacobo fides tantum signi-
ficat notitiam, seu professionem historiae de
Christo. Paulus utitur eadem voce pro fiducia
accipiente R. P. Item aliæ sententiæ de per-
sonis loquuntur, aliæ de officiis. Sæpè etiam u-
ni personæ variæ ac diversæ relationes tribu-
untur, ut Christus est Sacerdos, rex, mediator.*

*Porro dicta quadam de rebus ipsis loqu-
untur. Nonnulla de affectibus & opinionibus
hominum, ut Propheta taxant non ipsa Sacrifi-
cia divinitus mandata, sed opiniones, quæ fal-
sò affingi solebant his Ceremoniis. Denique
verissima est vox cujusdam Theologi: Distin-*

gue tempora, & concordabis scripturas, Sed hæc
alibi pluribus verbis exposita sunt.

XII.

Diligenter animadvertendum est, quid
bona & non Sophistica consequentia ex singulis
locis extrui possit, ut Christus ex dicto Exod. 3.
Ego sum Deus Abraham, Isaïc, & Iacob, sapi-
entissimè ratiocinatur, hos Patres vivere. Itè,
Ex Psalmo, Dixit Dominus Domino meo,
quam subtiliter concludit, se non tantum esse
Filius Davidis. Tales Consequentias nemo
extruere potest, nisi accuratè ad calculos vo-
cet pondera verborum.

XIII.

Emphasis pronominum præcipuè in Scrip-
tura consideranda est: Quia pronomina mo-
nent nos de applicatione promissionum, quæ sit
fide, & opponuntur multis Diaboli prestigiis, Vt
Ego sum Dominus Deus tuus, id est, Te respi-
ciens, diligens, exaudiens, servans ac defen-
dens, Tibi dans bona præsentia & æterna, &
opem ferens etiam tum, cum ab omnibus Cre-
aturis desertus es.

XIIII.

Omnes promissiones & consolationes sic
intelligantur, ut ex affirmativis negativæ
& vi-

Et vicissim ex negativis affirmativa sequantur, ut Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terra. Ergo omnes gentes, quæ non accipiunt hanc benedictionem, sunt maledictæ. Genes. 15. Noli timere. Ergo Abraham fuit in magno metu.

XV.

Adjumenta interpretationis sunt historiarum cognitio, notatio temporis, & locorum situs. Adde huc Ethicam doctrinam, quæ valdè adjuvat dexteritatem enarrationis Decalogi. Et quoniam à plantis, animantibus, fabricatione Corporis humani, multæ similitudines ducuntur, interpretes non sit ignarus historiae plantarum, animantium, & dulcissima doctrina de anima.

XVI.

In Parabolis non necesse est singulas voces exiguè & exiliter ad calculos vocari, cum simile (ut dicitur) non sit idem, sed satis est dextrè accommodari Parabolas ad eam sententiam, ad quam illustrandam proponuntur.

XVII.

Interpres scripturæ referat singulas partes ad præcipuos locos seu articulos doctrinæ Christianæ, ut interpretatio intra metas certas co-

herceatur, nec vagetur extra doctrinam Ecclesie.
sia.

XVIII.

Scriptura novi Testamenti declarat vetus Testamentum. In hac collatione utriusque Testamenti, eventus cum predictionibus, Corpus cum membris, finis ultimus cum destinatis conferatur.

XIX.

Considerandum est, unam propriam & principalem esse scripturæ sententiam, quam videlicet consuetudo sermonis, & rerum seu argumenti series gignit.

XX.

Allegoria prudenter in Concione tractanda sunt, Ita ne transformentur omnia in Allegorias, & ne ὑπερβαίνειν ἐσναυπέεινα provehamur, invitati harum imaginum dulcedine, id quod Origeni accidit.

XXI.

In omni Concione cujuscunque generis dirigenda est Oratio ad aliquem affectum, videlicet ad timorem Dei, aut fidem, aut cognatum aliquem affectum, videlicet patientiam, aut dilectionem.



Τ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α Σ Π Ε-
C I A L I A D E Ε Ν Α Ρ Ρ Α Τ Ι Ο
ne Prophetarum.

I.

Prophetae sunt interpretes legis, & promissionis de Christo. Quare in Prophetarum scriptis non tantum legis doctrina queratur, sed multò magis Christus Propheticarum concionum fasciulis involutus. Ac si cui Christus bene notus est, is adfert præcipuum lumen ad Prophetarum lectionem: Qui verò Christum ignorat, aliis Prophetas relinquat.

II.

Cognitio historiarum, & lingua Hebraice maxime illustrat Prophetas. Neque verò de Sacris historiis tantum loquor, sed etiam aliarum gentium narrationes complector. Cum enim Prophetae sæpè vaticinentur de mutationibus imperiorum & politiarum, manifestum est, hujusmodi predictiones non posse intelligi sine monumentis Graecis & aliis, ut quae apud Esaiam 45. de Cyro · Daniel: 2. & 7. Item II. de Monarchiis dicuntur.

III.

Cum autem Prophetae omnes eloquentia
ner-

nervos consumant in taxanda idolatria sue
gentis, & enarrando cultu primi precepti,
danda est opera studiosis lectionis Propheticae,
ut primi precepti nativam sententiam, & to-
tam Idolatriæ rationem exploratè perceptam
& cognitam habeant.

IIII.

Tres errores populi Iudaici considerandi
sunt, quo facilius ελεγκτικὰ Prophetarum
intelligentur. Primus de persona, & regno
Messie. Alter de lege. Tertius de Ceremoniis
Leviticis.

V.

Initio enarrationis Prophetarum quere-
nda sunt normæ traditæ in novo Testa-
mento, ad quas omnis interpretatio dirig-
tur. Si enim particula concionis Prophetica
citata est, aut enarrata à Christo, Domino no-
stro, vel ab Apostolis, Certissima norma εἰς
ἡμῶν in promptu est.

VI.

In vestibulo cujusque capitis ex ipso tex-
tu, aut aliunde sumantur refutationes corru-
ptelarum, quas Iudæi perspicuis dictis impiè
ac terrè affingunt, ut quod caput Esaie 9. ad
Ezechiam, Caput. 53. ad populum exulantem
in

in Babylone petulanter detorquent. Hæc por-
tenta statim à principio refutanda sunt, ne
quis cavillatione, aut elusione Iudaica pertur-
betur.

VII.

Quemadmodum Euclides generales pro-
positiones declarat per speciales, ut 16. Pri-
mi per 32. eiusdem: Ita Deus primam promif-
sionem, sonantem in genere, astringit ad speci-
em, eamq; adhibitis circumstantiis familia, lo-
ci, temporis & aliarum illustrat. Esaias ma-
trem Messia describit. Micheas ad locum ge-
nethliacum digitum intendit. Daniel ἀνε-
βῶσ' ἐπιλογίζεσθαι τὸν χρόνον τῆς βασιλείας Χει-
σὲ ἐν σαρκί.

VII.

Semper Propheta posteriores jungunt a-
las prioribus, id est, & verbis & phrasibus
veterum utuntur, ut David ad Moysen respi-
cit. Esaias ad Moysen, & Davidem sapenume-
rò alludit. Ideo posteriores Propheta non pos-
sunt intelligi sine collatione priorum.

IX.

Quoties Propheta de beneficiis Messie dis-
serunt, non tantum de incoatione, sed de tota
& integra instauratione natura concionantur.
Pla-

X.

Plerunque Prophetæ de novo Testamento
 differentes, simul de Pænis impiorum præsen-
 tionibus & æternis concionantur. Harum admi-
 nitionū exempla assumat lector ex locis The-
 ologicis D. Philippi de discrimine veteris &
 novi Testamenti.

XI.

Imagines Christi & Ecclesiæ insignes, at-
 que illustres in lectione Prophetarum præci-
 pua quadam diligentia observentur, ut Esai.
 40. Sicut Pastor gregem suum pascit, in brachi-
 suo congregabit agnos, & in sinu suo gestabit
 faxas ipse portabit.

Esaiæ 46. vos portamini in utero meo, &
 gestamini in alvo mea. Ego feci, ego geram,
 ego gestabo & salvabo Esai, 65. Quemadmodū
 si inveniatur una uva in magna sterilitate
 vinearum, & dicat paterfamilias, Nemo hanc
 uvam decerpit. Quia benedictio Domini est:
 Sic faciam propter servos meos, nec sinam uni-
 versa funditus deleri.

Amos 3. Quemadmodū si eruat Pastor de
 ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ.
 Sic servabuntur filij Israël.



DE NARRATIONE

PSALMORVM:

I.

Initiò genera Psalmorum discernenda sunt, ut sciat auditor, quid velit efficere Sp. Sanctus in singulis Psalmis, Sunt autè aliij Νομοικῆι, qui legis doctrinam continent, ut Psal. 15. aliij Διδασκαλικῆι, ut Psal. 32. qui Articulum de R. P. illustrat: Item 50. qui docet, quis sit verus cultus Dei: Alij Αποδεικτικῆι, ut descriptiones personarum, quales extant in Psal. 45. & 110. Nonnulli suasorij, & hi rursus Παρηγοητικῆι aut παρηγορητικῆι, aut ἐνοητικῆι, aut ἐχρηστικῆι. Postremo quidam sunt ἐζηρημητικῆι promissionum.

II.

Tituli Psalmorum non sunt negligendi. Quia magna ex parte cum argumentis congruunt, & de summa Psalmi nos admonent.

III.

Argumentum cuiusque Psalmi luculenter a Oratione exponatur, atque in eo recitentur versiculi maximè insignes, quibus velut illecebris auditor teneatur.

His

IIII.

His explicatis monstret interpres eruditam dispositionem versuum congruentem ad precepta Dialectica & Rhetorica.

V.

Ordo in Psalmis usitatus est, ut initio recitetur precatio. Deinde sequatur narratio calamitatis. Postremo addatur gratiarum actio.

Est & alius ordo, qualem in Epigrammatis videre licet, Vbi initio ponitur Propositio aliqua, quae postea expolitur & amplificatur, & infine adijcitur Epiphonema summam Psalmi continens. Ad hanc normam directi sunt Psalmi graduum, & alij complures.

VI.

Narrationes in Psalmis sunt exempla promissionum, quae cum ostendant in liberationibus hujus viri promissiones esse veras, monent, ut ceteri quoque eas ad se pertinere statuant, & fide eas intueantur, petant & expectent auxilium. Haec applicatio Psalmorum ad nos ipsos in vera invocatione plus lucis adferet, quam prolixi commentarii.

VII.

Præcipuum lumen enarrationis est Experientia Spiritualis, sicut Psalm. 116. inquit:

Bonum est mihi, quod humiliasti me, ut discerem justificationes tuas. Et Sirach inquit, Qui non est tentatus, qualia scit? Etsi enim tota scriptura hac tria adjumenta desiderat, videlicet meditationem, Orationem & tentationem: tamen Psalmorum lectio sine ardentis invocatione, & sine exercitiis fidei non agit radices in animis, neque aculeos relinquit, sed quadam $\lambda\epsilon\alpha\lambda\omega\epsilon\acute{\iota}\alpha$ & $\Phi\lambda\omega\alpha\rho\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ videtur.

VIII.

Interpres Psalmorum mentem & cor accommodet ad illum motum, qui proponitur. Ut enim nulla materia tam facilis est ad exardescendum, quae nisi admoto igne, ignem concipere possit: Sic Psalmorum enarratio non penetrat in animos auditorum, nisi interpres ipse ardeat motu pectoris conveniente argumento Psalmi.

IX.

Consideratio certaminum, quae omnibus aetatibus in mundo fuerunt, sunt & erunt, valde illustrat Psalmos. Hae igitur intuemur, & sciamus multos Psalmos praedictiones esse talium agonum, & simul proponere consolationes.

X.

Illud etiam considerandum est, plerosque
 Psalmos & enarrationes historiae Davidis, esse
 typos ac vaticinia de futura Messiae passione &
 victoria. Est enim aliqua similitudo capituli &
 precipuorum membrorum, videlicet Filij Dei,
 summorum Patrum, Prophetarum, Apostolorum,
 & aliorum, quorum constantia in Con-
 fessione fulsit.

XI.

Sepè aliquid in Psalmis figuratè dicitur,
 quod postea propriè & sine involucris repeti-
 tur. Quare non semper procul accersenda sunt
 interpretationes, sed ex ipsa serie Orationis
 nativa sententia sumatur.

XII.

Quoties misericordiae mentio fit in Psalmis,
 ad promissiones respiciendum est, & cogi-
 tanda doctrina de fide, spe, & in-
 vocatione.





DE ENARRATIONE
EVANGELIORVM DOMI-
NICALIVM.

I.

Quoties historia alicujus statū & solennis diei, ut verbi causa Paschatis, Pentecostes, Natalis Domini &c. enarranda est, grandiore sono Orationis utendum est, & Exordium aliquanto altius repetendum, ut auditores diu detineantur in maximarū rerum consideratione, ut si quis ordiatur à Collatione veteris & novi Paschatis. Item à discrimine utriusque Pentecostes. Denique tota narratio sit nervosa pathetica, ut in animis aculeos relinquat.

II.

In Festis solennibus omittantur refutationes furorum Iudaicorum, Turcicorum, Ethnicorum, Papistarum, omnisq; Oratio consumatur in amplificatione & celebratione beneficiorum Dei. Tanta est enim copia unius operis ac muneris divini, ut nihil opus sit peregrina ornamenta aut digressiones accersere, quoties de tali Argumento dicendum est.

III.

Etsi Conciones sacras sale quodam cohortationum conspersas esse oportet: ut veternas subinde hominibus securis & ignavis excutiat: Tamen in maxima celebritate alicujus festi brevissimè tantum prægredienda aspèrgantur, & de operibus Dei potissimum. Oratio habeatur, cum aliàs populus sæpè audiat Nomicas conciones de nostris operibus Dei & proximo debitis.

IIII.

Diebus Dominicis usitatis simpliciore filo Orationis Contexantur dyuynogias, nec altè petatur exordium, sed luculenti paraphrasi adhibitis omnibus circumstantiis proposita historia illustretur. Quia valdè prodest populo inculcari historias factorum Christi.

V.

Quanquam autem aliis alia ratio placet transferendi hypotheses Evangeliorum ad theses seu Locos Communes, tamen mihi simplicissima forma & populo utilissima videtur omnia revocare ad capita Catechismi, hoc est, Decalogum. Symbolum. Orationem Dominicam. Itaque populi aures his vocibus assidue per-

personent: Hæc narratio Evangelij illustrat articulum Symboli, aut nos de petitione Orationi Dominica intertextâ admonet &c.

VI.

Populus in enarratione textuum Dominicalium assuescat ad summam doctrinæ Christianæ de præcipuis articulis. Sapè igitur summa articulorum de pœnitentia, de justitia fidei, de bonis operibus, & repetatur, & inculcetur: Vt hæc doctrinæ capita perinde nota sint populo, ut digiti nostri nobis noti sunt.

VII.

Si quando libet insignem sententiam Evangelij velut gemmam perpolire, ut verbi causa: Sic Deus dilexit mundum, aut, Venite ad me omnes, &c. Ad libram appendantur pondera singulorum verborum, & quo consilio unaquæque vox ab authore sit usurpata, quid spectet, quem ad usum transferenda sit, aperte & luculenter exponatur.


VIII.

Ea sit Consuetudo in Citandis scripturæ Testimoniis, ut nec coæcerventur concordantia, quæ plus habent ostentationis, quàm solidi fructus, nec conciones omnium dictorum Prophetarum & Apostolicorum expertes & va-

*cue sint. Nam ut nimia copia scripturarum
populus obruitur, Sic omiſſa citatione Testimo-
niorum populus in eam opinionem diſcedit,
quaſi concionator, ſuas cogitationes ſine fun-
damento verbi divini proponat. Quamobrem
utendum eſt Testimoniis ſelectis, & maxi-
mè congruentibus, & quantum ponderis in
unoquoq; inſit, monſtrandum eſt.*

IX.

*Satius eſt, unum & alterum locum ſibi
ad explicandum proponere, in eoq; herere, ha-
bitare, commorari, quàm multa relinquere
nondum ſatis explicata, aut non ſatis ſpacij
ad dicendum ſibi ſumere, ut multi fa-
ciunt, qui ſeſe & populum
perturbant.*





DE ENARRATIONE
EPISTOLARVM.

I.

Si cui certum deliberatumq; est integram
Epistolam enarrare, is hac *περὶ λεγόμενα* tra-
ctet. Principio describat naturã ejus gentis aut
loci, cujus in titulo sit mentio. Deinde argumẽ-
tum & occasionem scribendi explicet. Tertio
genus & statum Epistolæ indicet, Postremò di-
spõsitionem singulorum capitum in ipso vesti-
bulo proponat, ut auditor bonitate rerum in-
vitatus avidius ἐξήγησιν appetat.

II.

Postea cum ad ἐπιγεγραφὼν ventum est,
discernantur functiones doctorum in Ecclesia,
Prophetarum & Apostolorum, & Episcopo-
rum, & de authoritate sacre scripturæ aliquid
aspergatur.

III.

In exordiis epistolarũ consideretur ἡδὺς,
id est, suavitas humanitatis Apostolica, quæ
ex votis ardentibus, & gratiarum actione
aliisq; circumstantiis elucet. Ut enim nutrix
tenellum infantem in sinu molliter fovet, Sic

Apostoli lenissimè & amantissimè Ecclesias à se collectas tractant. Etsi autem gravitas morbi interdum acrius remedium postulat: tamen Apostoli sic temperant suas objurgationes, ut appareat eos alienam personam sumpsisse, & voluntatem paterna Φιλοσοφία ardere.

IIII.

In reliquo Corpore Orationis videndum est, quomodo Apostolus aditum sibi faciat ad certamen controversiæ, quod Græci κενόμενοι vocant, ubi in artem causa invadat, quos cuniculos agat, qua parte digrediatur à causa, quando ad institutum redeat, ubi repetat eandem sententiam, quibus objectionibus occurrat. Exemplo hoc præceptum fit illustrius.

In Epistola ad Romanos, principalis propositio est. Homines esse justos, id est, acceptos Deo ad vitam eternam, seu reconciliatos Deo, seu habere R.P. non propter ullas virtutes proprias, sed gratis per misericordiam Dei, & hoc tantum bonum non aliter, nisi fide, hoc est, fiducia Mediatoris accipi posse. Sed antequam ad hanc propositionem accedit, utitur concione pœnitentiæ, velut *μεγαλασπικουή*, in qua omnes homines sine exceptione accusat & con-

condemnat peccati, ac propter peccatum reos
aeterna ira Dei, & aeternarum poenarum pro-
nunciat. Ac ne quis hanc universalem accu-
sationem eludat, singulos in domum suam de-
ducit, & jubet unumquemque penitus intro-
spicere abdite latentes morbos in mente, vo-
luntate, corde, & ad calculos revocare crassa
delicta, quae in oculos hominū incurrunt. Dein-
de adhibet testimonia Scripturae, quae idem de-
clarant. Hanc vero *τοῦ κατὰ σκευὴν* necessariā
esse, omnes sani intelligunt, Quia nemo sine
agnitione peccati assentitur Evangelio longè
posito supra & extra conspectum humanae ra-
tionis.

In quarto capite ejusdem Epistolae *κε. ἡ ὁμοί-
ων* evidentissimis argumentis demonstrat,
quae cum omnibus nota sint, mihi ad comme-
morandū non sunt necessaria. In Cap. 5. 6. & 7.
digreditur in Locum Communem de peccato,
lege, gratia, quorum declaratio ad intelligen-
tiam principalis propositionis valde necessaria
est. Nam legis & gratia expressa fit mentio
in summa conclusionis, quae *grace ὁμοίως ἔσται*
vocatur. Occurrit etiam in hac digressionem
multis Philosophicis & Pharisaeicis objectio-
nibus, de peccato, lege, gratia, In Cap. 8. redit

ad institutum, & *συμπέγεια* repetit, Incoërit
etiam in eodem capite novam Concionem de
Ecclesia electa, & de vocatione Gentium, que
illustre Testimonium est, de gratuita R. P.
propter Filium Dei, & hanc Concionem tribus
capitibus pertexit. Postremò concionatur de
bonis operibus moralibus, politica obedientiis
& legitimo usu Ceremoniarum. Ex hoc ex-
emplo facile judicari potest, quid in ceteris Epi-
stolis agendum sit, præsertim cum singularum
enarrationes erudite & luculente extant.

V.

Neesse est in Enarratione Epistolarum
sæpè moneri rudiores de sermone Apostolico,
& retineri nativas significationes vocum &
taxari errores. Quis enim ignorat, quoties in
scriptis Apostolorum hæ voces occurrant, peccatum,
Lex, gratia, fides, justificatio, Spiritus,
litera, caro, novus homo, vetus homo, nova
Creatura? Et si autem hæc diligentia multis je-
juna, & penè puerilis videri solet, tamen nos
eam non aspernemur, cum constet Ecclesiam
nihil aliud esse, nisi Grammaticam sermonis
divini.

VI.


Prudentia digna est interprete, ubi habi-
tan-

tandum & commorandum sit diutius, & que partes tantum obiter perstringenda sint. Ut enim intempestiva benevolentia parum ab odio differt: Sic intempestiva commoratio in aliquo loco nullam habet gratiam. Mea quidem sic est ratio, & sic animum induco meum, in ijs tantum locis haerendum esse, qui sunt proprii & peculiare alicujus Epistola. Cetera vero percurrere esse, quanta celeritate fieri potest, ut verbi causa, in Epistola prioris ad Corinthios, tres sunt loci, qui in aliis concionibus Prophetis & Apostolicis non tam accuratè explicantur, videlicet de Conjugio, Cæna Domini, & de resurrectione mortuorum. In his igitur censeo habitandum esse, & hos integrè enarrandos judico ante capitulum ipsorum declarationem. Sed quid in hac parte deceat, omnes sua sponte intelligunt.

VII.

Cum de maximis rebus aliud sit judicium rationis, aliud Spiritus Sancti, multum lucis afferet scriptis Apostolicis perpetua quedam Antithesis doctrinarum, Philosophicæ & Evangelicæ, Imò ut verè dicam quod sentio, nulla major sapientia homini in hac mortali vita contingere potest, quàm horum generum

nerum dextra collatio & distinctio. Quamobrem interpretes precipuas partes concionum Apostolicarum hac face adnota illustrabit.



DE ARTIFICIO ELO
QUENTIAE, CVIVS VESTIGIA
ETIAM IN BIBLIIS
extant.

Politianus & alij quidam inepti & delicati omnem Eloquentiae laudem detrahunt Scriptis Prophetis & Apostolicis, & huic iudicio duas rationes pretextunt. Vnam, quod versio Latina Bibliorum sit Latina. Alteram quod nulla sit periodica compositio, nulli numeri in sacris libris. Sed haec futiles rationes à piis facile refutantur. Etsi enim usitata versio praesertim in Psalmis, multum habet incommodi, & non satis exprimit sententiam Propheticam: Tamen periti linguae Hebraicae & Graecae, propius vident lumina verborum & figurarum in sermone Prophetico. Deinde currequirunt Politianus & alij quidam numerosam compositionem in Sacris literis, quam nec ipsi efficere possunt.

sunt nec cōetanei Ciceronis magna contentio-
ne assequi potuerunt? Sit igitur nobis persua-
sum, summam vim eloquentiæ esse in Davide,
Esaia, & Paulo, ut de aliis nunc non dicā, quod
attinet ad inventionem, dispositionem, & elo-
cutionem, Nam & res, quas proponunt, optimæ
ac divina sunt, & ordo explicationis non ab-
horret à præceptis Dialecticis. Deniq; in elocu-
tione eminent pulcherrima lumina verbo-
rum, figurarum, imaginum, & aliarum am-
plificationum. Quare nihil deest Sacris Literis
ad summam laudem eloquentiæ, excepta com-
positione, quam præter Ciceronem vix
unus aut alter potuerunt
effingere.



DE GENERE CONCI-
ONUM PARANETICO.


Didascalicum genus concionum plus ar-
tis requirit, Paraneticum magis ad
popularem captum atque intelligen-
tiam accommodatum est. Itaque, ommissa preceptorum
recitatione pauca exempla proponam, quae prudens
concionator in aliis materiis facile imitabitur.

Loci paranetici ad confessionem
Evangelij.


- I. Necessitas mandati & debiti.
- II. Necessitas vitandi poenas.
- III. Necessitas retinendi fide, et alia dona.
- IIII. Dignitas confessionis.
- V. Promissio premiorum.
- VI. Collectio finium, ad quos referenda est
Confessio. (na Domini)
- VII. Obligatio quae fit in Baptismo & Cae-
- VIII. Promissio auxilij divini.
- IX. Exempla eorum, quorum constantia
in confessione fulsit.

Loci paranetici ad castitatem.

- I. Cogitatio causarum.
- II. Praecepta de castitate.
- III. Comminationes.
- IIII. Exempla poenarum.



DE GENERE
CONCIONVM CON-
SOLATORIO.

 *U*emadmodum medicus non potest
egrotum curare, nisi cognito mor-
bi genere, & causis perceptis. Sic
Theologus adhibiturus consolatio-
nem in aetis & perturbatis animis, Primum
omnium calamitatis aut tentationis genus
consideret, ut consolationem ad id accommo-
dare possit. Deinde causas efficientes & fina-
les omnium arumnarum quærat, quæ cum
sint accuratissimè expositæ à Domino Phi-
lippo Melancthone in titulo de Cruce, illinc eas,
qui uolet, omnes autem uelle debent, assu-
mat. Tertio conferantur capita consolationis
Philosophicæ & Christianæ, ut discrimen ci-
sterne & fontis conspiciatur.

Capita consolationis Philoso-
phicæ.

I. *P*remeditatio rerum futurarum. Itæ e-
nim perceptas penitus & pertractatas res
hu-

humanas habere oportet, ut nihil admireris,
cum acciderit, nihil antequam evenerit, non
evenire posse arbitraris.

II. Concio legalis, in qua dicunt propter
dolorem non faciendum esse contra ullam vir-
tutem.

III. Communis conditio vite, in qua mor-
talis nemo est, quem non attingat dolor. Efficit
autem injustum & in equale, nos tantum
suave otium expetere, cum tota hominum na-
tura magnas calamitates sustineat.

IIII. Reprehensio stultitia, qua frustra con-
ficitur mœrore, cum intelligat, nihil posse
profici.

X. Collectio exemplorum significans tole-
rabilia esse, que & tulerint & ferant ceteri.

VI. Bona conscientia, juxta illud, est ali-
quid magnis crimen abesse malis.

VII. Causæ finales, ne dolor impediat meli-
ora consilia. Item, ne noceat Reipublicæ.

Hæc capita consolationis cicatricibus tantum
medentur, non vulneribus, ut Cicero ait,
id est, utcunque in parvis malis mœstitionem
reprimunt. Sed quoniam objectum gaudij
est res bona, Ideo vincit dolor, donec ostendi-
tur auxilium & liberatio. Hæc autem in ma-
gnis

gnis doloribus non ostenduntur in Philo-
sophia, sed in promissionibus divinis. Disca-
mus igitur confugere ad consolationes, quas
Deus non sine gravi causa adidit, & vult ra-
tas & efficaces esse.

Capita Consolationis Christianæ.

I. Voluntas Dei, cui repugnare nefas est,
Vult enim Deus omnes homines propter pecca-
tum cruci subiectos esse, & quemq; ^{ἐπιβάλλον}
calamitatum patienter ferre.

II. Necessitas propter mandatum Dei,
juxta illud, Humiliamini sub potenti manu
Dei.

III. Virtus anteferenda fortuna & dolori.

IIII. Bona conscientia.

V. Fiducia presentia & auxilij divini in a-
rumnis. Hæc Evangelica consolatio ostendit
res bonas. Ideo dolor sensibiliter vincitur, &
sentimus nos sustinere, & perferre posse cru-
ciatus.

VI. Spes liberationis aut certè mitigationis,
juxta illud: Multa tribulationes justorum,
sed ex omnibus liberabit eos Dominus.

VII. Exempla, quæ nos admonent de mode-
stia, ne inaequalem fortunam in Ecclesia ex-

petamus, Cum Filius Dei, & precipua lumina nostri agminis, magnas calamitates certa Dei consilio tulerint, injustum & inaequale esset, precipuam aliquam fortunam appetere, cum quidem ira Dei nostris delictis irritata sit.

VIII. *Causa finales, ne per impatientiam cumulemus peccata.*

IX. *Invocatio vera Dei, de qua Salomon dicit. Turris fortissima nomen Domini, id est, invocatio Domini. Ad hanc justus confugiens liberabitur.*

Hi fontes consolationum saepe cogitandi sunt, & conferenda Philosophia cum Evangelio, ac sciendum, his tribus rebus precipue retineri tranquillitatem cordis, Bona conscientia, Fide, & Spe auxilij divini, mitigationis, & liberationis.

Porro sententias Philosophicas & Theologicas, pertinentes ad singula capita, unusquisque sua diligentia ex Authoribus excerptat.



DE POSTREMO
GENERE CONCIO-
NUM, QVOD

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΝ
appellatur,

Duplex est ἐλεγχος in Ecclesia.
Alter doctrinae, de quo Paulus
ad Titum inquit, Episcopum oportet ἐλέγχαν Ἰσο ἀντιλέγοντας ἢ ἀληθείαν. Alter vitæ & morum, de quo u-
niversa Scriptura præcipit, ut Johannis 16.
ἐλέγξτε τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας. Esaia 58.
Clama, ne cesses, exalta vocem tuam, instar
tuba, Ezech. 33. Speculatorem dedi te. Sed
diligenter providendum est, quid in hoc ge-
nere deceat, ne ἐλεγχος degeneret, in quan-
dam scurrilitatem, & linguæ ἀκροασίαν, ἀ-
χρῆστον νόσον, ut Euripides inquit.

Quapropter concionator magna gravita-
te taxet corruptelas doctrinae, & in malos
mores sic invehatur, ut appareat, eum vitia,
non homines odisse.

Ac quoties impium Dogma refutandum

est, mentes auditorum prius vera sententia
confirmatione muniantur. Postea retentur
Sophismata, & fucus falsis opinionibus detra-
hatur. Hanc refutationem duae res potissimum
adjuvant: Dialectica Methodus soluendi vi-
tiosa argumenta, & Cognitio antiquitatis
& veterum certaminum: Nam eadem fa-
bula, mutatis duntaxat personis, omnibus
tatibus in mundo agitur, ut hoc tempore An-
nabaptista, furores Marcionis, & Manicheo-
rum: Servetus, & Campanus errorem Sams-
sateni novis fucis pingere conati sunt. Prodest
igitur lectio veterum Scriptorum ad cognoscen-
dam historiam Sophistica & Sycophantica,
quae in mundo semper floruit, & dominata est.

Cum autem malis moribus acere remedi-
um adhibiturus es, haec capita populo propo-
nas: Legem Dei, iram Dei, poenas aeternas, mor-
tem, calamitates presentes, publicas & pri-
vatas, amissionem donorum, inopiam, mor-
bos, infamiam, infelicitatem liberorum, Di-
aboli Tyrannidem impellentem in plura pecca-
ta, & maiores miseras, poenas interiores, vi-
delicet, quod peccata puniantur caecitate, fu-
roribus, scandala, discordias publicas, bella.
Si quis enim his rebus non permovetur, ut de
pro-

proposito ruendi ex aliis sceleribus in alia
desistat, hic tanquã immedicabile membrum
à reliquo corpore Ecclesia recidendus est.

DE FORMA ELOCVTIO-
NIS, QUÆ IN CONCIONATO
re laudari solet.

Tria sunt instrumenta ad persuadendum
maximè accomodata: Integritas vitæ. Boni-
tas rerum, de quibus dicitur. Et simplicitas
orationis.

De primo instrumento notus est Versi-
culus Menandri: Vita dicentis persuadet,
non ipsa oratio. ΜόνⓄ πείθων ἐστὶ τρόπⓄⓄ
τῆ λέγοντⓄ, ἔ μὴ λόγⓄ. Nam eadem ora-
tio, ut Hecuba apud Euripidem inquit, à diver-
sis dicta, non valet idem.

Alterum instrumentum Cicero in 3. de
Oratore his verbis laudat: Rerum copia, ver-
borum copiam gignit, & si est honestas in re-
bus ipsis, de quibus dicitur, existit ex natu-
ra rerum quidam splendor in verbis.

Tertium instrumentum consistit in ver-
borum delectu, & verecundo ornatu, & com-
positione minimè affectata. De verborum de-
lectu teneatur Regula ab Ovidio tradita.

*Munda sed è medio consuetaq; verba
puella*

*Promite, sermonis publica forma placet.
Non enim decent concionatorem ineptia ver-
borum, quales in Sermone & literis rabula-
rum notare licet.*

*Quòd verò ad ornatum, & rationem am-
plificandi attinet, semper meminerit concio-
nator Homericæ descriptionis, in qua dicitur,
Cum dulcia fundit verba verecunde civos ve-
risq; gubernat consiliis. Nihil enim ostenta-
tione eloquentiæ odiosius est, nihil quod audi-
torum animos magis à concionatore abalie-
net. Fugiat ergo medicamenta fucati candori-
ris & ruboris, quibus mala causa indiget, &
sciat veritatis simplicem esse orationem. Sed
ne oratio nimis concisa & brevis, sit, sumat
concionator ex veris fontibus Amplificationes
reales, quæ ad ædificationem Ecclesiæ condu-
cunt.*

*Habeat in promptu omnium Locorum
Theologicorum definitiones, divisiones, cau-
sas, effectus, discrimina cognatorum, transfe-
rat hypothesein ad Thesin, colligat circumstan-
tias maximarum rerum. Abundet copia op-
timarum similitudinum, quæ in oratione ve-
lut*

lut gemma insignes eminent. Crebrò utatur collatione Contrariorum, quæ græcè ἀντίθεσις vocatur. Interdum aliquid attollat, & exaggeret ἀσθένει, Intertextat prudenter concionibus Historias, non solum Ecclesiasticas, sed etiam alias.

DE COMPOSITIONE.


De compositione, quid sentiam, comprehendam brevi. Sic enim statuo. Eos, qui natura duce vehuntur ad periodicum dicendi genus, sic debere nature impetus moderari, ut cogitēt se in Ecclesia, non in foro dicere. Itaq; orationē suam non modò ad sapientū judicium accommodent, sed multò magis ad popularē captum atq; intelligentiam attemperent, juxta illud Pauli Rom. 1. Debitor sum sapientibus & insipientibus. Etsi enim grandior sonus orationis magis delectat sapientes: Tamen simplicior forma longè plus conducit ad erudiendos, & consolādos animos rudiorū, quorum maxima pars est in Ecclesia Dei.

Si qui verò Concionatores serpunt humilitati nimium, pavidiq; procella, ut Horatij verbis utar: Hi tamen Exordia & Epilogos concionum aliquot periodis includant, & in medio cursu, historico genere utantur, quod aliquanto liberius est.

Addam hoc loco praeceptum, quod multis aliis antecellit, quod in Psalmo secundo traditum est: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Afferat igitur Concionator in suggestum piam mentem, non securam, non ociosam, non ebriam voluptatibus, sed ardentem timore Dei, & invocatione, & conscientiam mediocris industria. Quod si faciet, haud dubie experietur, Spiritum Sanctum fore gubernatorem lingua, juxta promissionem: *Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri est, qui loquitur in vobis.*

Hec ferè sunt, quae mihi hoc tempore in mentem venerunt de concionandi ratione, si non optima, at certè tolerabili. Lector pius voluntatem meam, qua studeo ornare ministerium Evangelij, probet, & hanc tenuem operam, inchoatam magis, quam absolutam boni consulat. Deum oro, ut omnium piorum ministerium regat, & gubernet, Et Ecclesias harum Regionum unà cum Scholis bene constitutis tueatur atque defendat, sicut dulcissime promisit, se gestaturum esse in alio sua senescentem Ecclesiam.

Victorinus Strigelius.



ANTITHESIS
DOCTRINARVM IN VE-
RA DEI ECCLESIA: ET,
IN REGNO PONTI-
FICIO.

Victorinus Strigelius.

2. Julij 1554.

DE LIBERO ARBITRIO.

Vera Ecclesie Theologia.

I. *Docet in non renatis manere libertatem regende Locomotive, etiamsi sæpè vincitur aut ab humana infirmitate, aut à Diabolo.*

II. *Clarissimè & sine ulla ambiguitate affirmat, voluntatem nequaquam sine Spiritu Sancto, efficere posse fidem, dilectionem, constantiam Confessionis in suppliciis, & alias virtutes.*

III. *Monet in conversione concurrere hæc tria: Spiritum Sanctum, moventem corda per Evangelium, & ipsam vocem Evangelij co-*

H s gita-

gitatam, & Voluntatem hominis, quæ mota à Spiritu Sancto, non repugnet voci divine, sed inter trepidationem utcumq; assentiatur.

Regnum Antichristi.

I. Scotus, Occam, & similes contendunt humanam voluntatem posse legi Dei satisfacere mereri & R. P. Sic enim Scotus ratiocinatur: Si homo potest diligere Creaturam, Adolefcenti puellam, Avarus pecuniam, quæ sunt minus bonum: Potest etiam diligere Deum, qui est maius bonum. Item, si homo habet ex naturalibus viribus dilectionem Creature, Multo magis habet dilectionem Creatoris.

Hi impij Errores constanter damnandi sunt, Quia Evangelium in Philosophiã transformant, & contumeliosi sunt adversus Deum, & obruunt beneficia Filij Dei, & Spiritus Sancti.

DE PECCATO.

Vera Ecclesiæ Theologia.

Certissimum est, peccatum Originis non tantum esse imputationem, sed in ipsa hominum natura caliginem & pravitatem, ream
iv

ira Dei & mortis aeternae. Ideo sic describi-
mus Peccatum originis, quod sit in natis ex
commixtione maris & femina privatio lucis
in Mente, & averfio Voluntatis à Deo, &
contumacia Cordis, ne poffint homines inte-
grè obedire Legi Dei, feuta lapfum Ada, pro-
pter quam corruptionem nati funt rei, & filij
ira, id eſt, damnati à Deo, niſi facta fuerit
remiffio.

Regni Antichrifti Sophiftica exitialis.

Multi in regno Antichrifti difputant,
Peccatum originis non eſſe aliquod in natura
hominis vitium, ſeu corruptionem, ſed tan-
tum Servitutem, ſeu conditionem mortalita-
tis, quam propagati ex Adam ſuſtineant, ſine
aliquo proprio vitio, propter alienam culpam.

Præterea addunt, neminem damnari mor-
te aeterna, propter peccatum originis, ſicut ex
ancilla ſervi naſcuntur, & hanc conditionem
ſine natura vitiiſ, ſed propter calamitatem
matris ſuſtinent. Alij extenuant peccatum
originis, & in hac extenuatione multos er-
& fallunt alios, de nomine concupiſcentiæ.

Tantum enim intelligunt concupiscentiam
appetitiones sensuum, & has dicunt, natura
esse bonas, aut certe à Δὲ Ἐργ. Deinde af-
fingunt, Lege Dei tantum prohiberi actus-
lia delicta, & praterea affirmant, homines le-
gi Dei satisfacere posse, impletione Legis justos
esse, hoc est, reddere Deo, quod debent, quoad
substantiam actuum. Hi errores manifestè
pugnant cum doctrina Prophetica & Apo-
stolica, Quia Paulus Rom. 8. dicit. Impossibile
erat legi justificare. Item, Sensus carnis inimi-
citia est adversus Deum. Legi enim Dei nec
subjicitur, nec subjici potest.

DE LEGE DIVINA.

Vera Ecclesia Theologia.

Vera Ecclesia semper inde usque ab Adam
sensit, hanc imbecilem hominum naturam
nequaquam posse satisfacere legi Dei, sed a-
gentes pœnitentiam, & fide erectos incoare
dilectionem & obedientiam, & habere ju-
stitiam bonæ Conscientiæ, neque tamen ju-
stos esse, id est, reconciliatos, & acceptos ad
vitam æternam propter Legis impletionem,
sed propter Mediatorem fide. Hac fide seu fi-
ducia semper vera Ecclesia Deum invocavit.

AN.

Antichristi Sophistica

Doctores Pontificij scripserunt hominem posse satisfacere legi Dei, & justum esse implementatione legis. Deinde, ut doctrinam de fide obruant, dicunt, semper dubitandum esse, an simus in gratia, & negant dubitationes, & alias vitiosas inclinationes pugnare cum lege Dei.

DE PRAECEPTIS ET CONSILIIS.

Vera Ecclesia Theologia.

Vera Ecclesia scit, Christum nec legis latorem, esse ut Moysen, nec consiliarium proponentem nova Consilia, de quibus Pontificij magna auctoritate magnas nugae docent: Sed discernit hunc Dominum à Mose & aliis legumlatoribus, et intelligit, quod sit proprium ejus officium, videlicet, quod sit Agnus Dei, tollens peccata mundi.

Legem praeterea sic enarrat, ut auditores intelligant, legis doctrinam non tantum concionari de externa Disciplina, sed etiam de interiori cordis mundicie. Postremo nullam agnoscit perfectionem, nisi eam, quae est in
Christi-

Christo Iesu, juxta illud Coloss. 2. In Christo consummati sumus.

Antichristi Sophistica.

Pontificij dicunt Christum ab Esaia vocari Consiliarium, quod Consilia preceptis Decalogi addiderit. Item, Quod non necesse sit, ut ea seruet homo, nisi quis velit fieri perfectus, id est, Monachus. Ita distinguunt Ecclesiam, in Christianos perfectos, & imperfectos: Imperfectos relegant ad Decalogum, eumq; ab illis servandum esse dicunt, & eos, qui Decalogum servant, salvari docent: Perfectis vero dicunt servanda esse Consilia, quae ipsi fingunt à Christo tradita esse, Matth. 5. & alibi.

Duodecim Consilia Evangelica.

- I. Paupertas*
 - II. Castitas.*
 - III. Patientia*
 - IIII. Compescere juramentum & verbum ociosum.*
 - V. Diligentia vitandi hypocrisis.*
 - VI. Non esse sollicitum de victu.*
 - VII. Abnegatio sui*
 - VIII. Non reddere malum pro malo*
- Super-*

- IX. *Supererogatio operum misericordia.*
 X. *Vitare occasionem peccandi.*
 XI. *Facere, quod doces*
 XII. *Admonitio fraterna.*

DE DISCRIMINE LEGIS ET EUANGELII.

Vera Ecclesie Theologia.

In vera Ecclesia quatuor traduntur discrimina Legis & Evangelij.

I. *Lex aliquo modo naturaliter nota est.*

Evangelium est arcana sapientia de R. P. & de reconciliatione ignota omnibus Creaturis sine singulari patefactione.

II. *Promissiones legis sunt conditionales, hoc est, pendent ex conditione nostrae dignitatis.*

Promissio Evangelij est gratuita, nec pendet ex conditione nostrorum meritorum.

III. *Legis Effectus sunt pavor, & hypocrisis.*

Evangelij Effectus sunt, Consolatio, & vera atque aeterna bona.

IIII. *Lex proponenda est securis atque hypocritis.*

Evangelium consternatis & perterrefactis
sensu ira Dei.

Antichristi Sophistica.

In regno Antichristi hac portenta opinio-
num defenduntur. Quod lex manum, Evan-
gelium coherceat animum, ut dicit Magister
lib. 3. distin. 40. Item quod Evangelium fuerit
ignotum Patribus, Item quod tres sint leges.
Vna natura, Altera Mosi, Tertia Evangelij. Et
quod unusquisque obedientia erga suam
legem saluatus sit. Item, quod nihil intersit,
inter Abrahamum & Xenophontem, Quia u-
terq; legis notitiam habuerit. Item, quod Chri-
stus sit legis lator, juxta illud: Non veni sol-
vere legem, sed implere.

DE IVSTIFICATIONE.

Vera Ecclesie Theologia.

Ecclesia vera semper inde usque ab Adam
sensit in Conversione seu Paenitentia oportere
existere in animis hominum veros pavores, &
dolorem ortum ex agnitione ira Dei adversus
peccatum: & rursus erigi animos fide, id est,
fiducia misericordiae monstratae in Promissioni-
bus propter Mediatorem, & consequi homines

R. P. propter Mediatorem fide gratis, non propter Legis impletionem.

Antichristi Sophistica.

Doctores regni Pontificij contendunt semper dubitandum esse, An consequamur Remissionem. Ac si cui contingit, dari eam propter sufficientem Contritionem, aut dilectionem, Et cum nunquam scias, an sufficiat Contritio aut dilectio, jubent te semper dubitare. Cum autem obruant doctrinam de fide, Christum obscurant, ac promissionem in Evangelio traditam, & doctrinam de invocatione corrumpunt. Et tantum est tenebrarum apud eos, Vt contendant Vocabulo Fidei non significari fiduciam misericordia, sed tantum notitiam historia, conjunctam cum dubitatione de Gratia.

DE BONIS OPERIBVS.

Vera Ecclesie Theologia.

I. Vera Ecclesia docet, nos neque per precedentia opera mereri Gratiam de congruo, neque per sequentia merita vitam aeternam consequi de condigno, Sed credenti in Christum remitti peccata, imputari justitiam, donari gratis vitam aeternam.

I *Vera*

- II. *Vera Ecclesia sentit opera à Deo mandata, si in fide fiant, id est, fiducia Mediatoris, esse cultus Dei, id est, officia Deo placentia, & quibus Deus se honore affici pronunciat, Nec esse cultus Dei opera excogitata sine mandato Dei. Nam si hac essent cultus Dei, excusari & prodigiosi cultus Ethnicorum possent.*
- III. *Docet item in renatis manere peccata, & tamen oportere incoari obedientiam & justitiam bonae conscientiae. & hanc, quanquam procul abest à perfectione Legis, tamen in reconciliatis placere propter Christum fide.*

Antichristi Sophistica.

- I. *Papista tribuunt operi operato meritum gratiae, & R. P. Dicunt enim opus bonum ante gratiam valere ad impetrandam gratiam de congruo. Impetrata verò jam gratia sequens opus mereri vitam aeternam de condigno.*
- II. *Adversarij opera traditionum humanarum sic ornant, ut affirmant esse eximios Dei cultus, discrimina ciborum, dierum, vestitus, personarum, Vota monastica invocacionem sanctorum, peregrinationes, celibatum &c.*
- III. *Hypocritae fingunt, se sine peccato esse, & Legi*

Legi Dei satisfacere. Item dubitationem non esse peccatum, & obedientiam placere propter suam dignitatem: Denique bona opera de condigno mereri vitam aeternam. Quia legi satisfaciant.

DE ECCLESIA.

Veræ Ecclesiæ Theologia.

Vt confessionem Evangelij, Sacramentorum usum, & veram Invocationem Deus vult conspici: Ita necesse est, Ecclesiam esse visibilem cæcum, Sed cæteris politiis dissimilis est. Passim dispersi sunt pij, nec certo Regno mundano, aut certo loco, aut certis cæremoniis inclusi, sed ubique amplectentes Evangelium Dei, & vitantes idola, sunt membra vera Ecclesiæ Dei.

Antichristi Sophistica.

Ecclesiam adversarij transferunt in Regnum mundanum, & κακοζηδία politiarum humanarum gignunt multos errores. Tribuunt Pontifici potestatem transferendi Regna mundi. Tribuunt Episcopis potestatem prætoriam seu regiam interpretandæ scripturæ, cum interpretatio sit donum non potestas.

Denique hoc tempore dominatio Episcoporum
prorsus aliena est ab Evangelico munere.

DE COENA DOMINI.

Vera Ecclesiae Theologia.

Verba Christi Domini nostri testantur,
Cœnam institutam esse, ut sciant sumentes, se
fieri membra Christi, & hanc sumtionem esse
se pignus, quod testatur verè nobis exhiberi
donari, & applicari propter Filium Dei, R. P.
in Evangelio promissam.

Omnes etiam pij intelligunt, Sacramenta
certi generis actionem esse, nec extra institu-
tam actionem, quidquam retinere Sacramenti
rationem.

Præterea cum Propheta dicat, Iustus fide
sua vivit, nemini obscurum esse potest, quomodo
una tantum applicatio valeat, qua sua fide
quisque sibi in usu Sacramenti, & aliàs appli-
cat Christum.

Postremò, cum Deus ad nullam Creaturam
alligandus sit sine suo verbo, certissimū est, ex-
tra institutam actionem, Panem rem alienam
esse à Sacramento.

Sophistica Theologia.

Sacrificuli Papistici sunt Sacrilegi, Simo-
ni-

moniaci, idololatra, & impostores. Sacrilegi,
Quia laicis alteram partem, h. e. usum poculi
contra manifestam institutionem Christi eri-
piunt. Simoniaci, quia questum faciunt ex
Missis funebribus & venalibus. Idololatra,
Quia panem adorant, & circumferunt pror-
sus extra institutum usum, & extra Sacra-
menti actionem. Impostores, Quia transfe-
runt Cœnam ad mortuos, cum instituta sit ad
fidem in viventibus exercendam. Fingunt
item, beneficia Christi non prodesse hominibus
sine suo opere, & Missæ applicatione. Fin-
gunt præterea Transsubstantiationem, & fal-
sò dicunt, se offerre Filium Dei, & hanc suam
oblationem mereri aliis ex opere operato. Po-
stremo fabella de Purgatorio fraudis, & vani-
tatis plenissima est. Quare si nihil mali esset
in Papatu, hæc tamen multiplex Prophana-
tio Cœnæ Domini odio dignissima esset, & ab
omnibus hominibus execranda.

DE POENITENTIA.

Vera Ecclesiæ Theologia.

Vera Ecclesia docet Pœnitentiam & R. P.
in nomine Christi. Primum enim de contri-
tione docet, necessariam esse agnitionem ira-

Dei adversus peccata, cui adjunctus est dolor & pavor, in aliis maior, in aliis minor. Non enim potest certus gradus consternationum constitui. Deinde de fide docet, non esse ad reliquos lapsus adjungendam desperationem, sed corda in pavoribus erigenda esse fide, id est, fiducia Filij Dei, accipiente gratuitam R. P. Postremo addit commonefactionem de fructibus pœnitentia, & sedulo hortatur pios, ut pralucante fide incoent novam obedientiam, simul docens, quomodo fieri possit, & quomodo placeat. His Articulis contenta, non querit aliam satisfactionem pro peccato, non querit alios mediatores.

Sophistica Theologia.

Papista de Contritione, Confessione, Satisfactione, & de Indulgentiis meras nugas docent. Requirit contritionem sufficientem ortam ab amore justitia, non à timore pœnitentia, & addunt, homines contritione mereri, R. P. seu dari Remissionem propter dignitatem contritionis. De Confessione fingunt enumerationem peccatorum esse juris divini, & contendunt, non posse fieri absolutionem sine cognitione. De satisfactione fingunt aternas pœn-
nas

nas Potestate claviū mutari in penas purgatorij, & harum partē remitti Potestate claviū, partem redimendā esse Satisfactionibus.

Addunt amplius, quod oporteat in Satisfactionibus esse opera superoregationis, & hac constituunt in stultissimis observationibus, velut in Peregrinationibus, Rosariis, aut similibus, quæ non habent mandata Dei.

Deinde sicut purgatorij satisfactionibus redimunt, Ita excogitata est ars redimendi satisfactiones quæ fuit questuosissima. Vendunt enim indulgentias, quas interpretantur esse remissiones satisfactionū, Et hic questus non solum ex vivis, sed multò amplior est ex mortuis. Neque solum indulgentiis, sed etiam sacrificio missæ redimunt satisfactiones mortuorum. His nugis aperte falsis jacet obruta doctrina de beneficiis Christi, & de fide applicante nobis hæc beneficia.

Vt autē summa horum Labyrinthorū in conspectu sit, teneantur quinque gradus satisfactionū Canoniarū. I. Opera indebita, ut Eleemosynæ, rosaria, jejunia. II. Opera Monachorū seu fraternitates. III. Opera sanctorum mortuorum, quæ distribuuntur per indulgentias. IIII. Pœna purgatorij. V. Missæ funebres,

Vigilia, & peregrinationes susceptæ ab hereticis ad redimendas animas ex purgatorio.

DE INVOCATIONE DEI.

Vera Ecclesia Theologia.

Vera Dei Ecclesia inde usque ab Adam invocavit unum æternum Deum conditorem omnium rerum, Patrem redemptoris promissi, qui se patefecit in verbo suo, & juxta hoc verbum invocari vult fiducia redemptoris, & suo Spiritu Sancto reddere lucem, & vitam æternam sic invocantibus ipsum, ac prohibuit aliter se coli, quàm juxta verbum suum, & fingi alios Deos aut Mediatore. Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.

Sophistica Theologia.

I. *Papista invocant homines mortuos, alligant Deum ad illos mortuos, ad certas statuas, aut ad illam rem, ad quam se non alligavit Deus verbo suo. Hæc sunt similia Ethnicis furoribus, & verè à Diabolo orta, qui studet gloriam Dei contumelia afficere, & illudere infirmæ hominum nature.*

papi

II. *Papista orant sine intellectu, sine affectu, & cum contradictione. Sine intellectu, Quia suam miseriam & Dei misericordiam non recte norunt. Etsi enim, quod ad verba attinet, orant nobiscum Orationem Dominicam, tamen quid orent nec vident, nec intelligunt, Nesciunt, quid sit Dei nomen, quomodo Sanctificetur, Nesciunt quid sit regnum Dei. Sine affectu. Quia ignoti nulla est cupido. Quare cum Oratio ipsorum sit sine intellectu, necesse est, eam esse sine affectu. Cum Contradictione. Quomodo enim vere orare possunt pro sanctificatione nominis Dei, & pro adventu regni ipsius, cum nomen Dei, hoc est, sanam Doctrinam blasphemant, & Ecclesiam persequantur?*

III. *Præterea cum Oratio requirat fidem in Christum, ipsi autem non solum sine fide sint, sed etiam verbum, quo solo fides nititur, oderint, & persequantur, nulla prorsus apud eos Oratio esse potest.*

DE TRADITIONIBVS
HUMANIS.

Vera Ecclesie Theologia.

I. *Iohan. 1. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata Mundi.*

I 5 *Matth.*

II. *Matth. 15. Frustra colunt me mandatis hominum.*

III. *Deut. 12. Quod precipio tibi, hoc tantum facias Domino, nec addas quidpiam, nec imminuas.*

Coloss. 2. In Christo estis consummati.

IIII. *Coloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut potu.*

Roma. 14. Regnum Dei non est cibus aut potus, sed gaudium & pax in Spiritu Sancto.

V. *Ebre. 7. Translato Sacerdotio, necesse est, ut Legis translatio fiat.*

VI. *2. Corinth. 4. Non dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudij vestri.*

1. Pet. 5. Non dominantes in clero, sed forma facti gregis,

VII. *Coloss. 2. Cum mortui sitis cum Christo ab Elementis mundi, Cur adhuc tanquam viventes in mundo decreta facitis? Non contractes, non gustes &c.*

Sophistica Antichristi Theologia.

Septem errores perniciosi defenduntur à Papistis in Encornio traditionum humanarum.

I. *Multi docuerunt, & docent, jejunia & similia exercitia mereri Remissionem, tum culpa, tum pena.*

II. Quòd Traditiones sint bona opera & cultus Dei.

III. Quòd opera traditionum humanarum sint perfectiones, hoc est, meliora & magis placentia Deo, quàm ea, quæ Decalogus precipit.

III. Opinio necessitatis, quæ fingit necessariam esse observationem traditionum humanarum etiam extra casum Scandalii.

V. *Καὶ τὴν λέξιν*, legis Mosaicæ.

VI. Tyrannis. Quia Episcopi arrogant sibi potestatem condendi traditiones, quam tamen non concedit eis Evangelium.

VII. Cùm hæret opinio justitiæ aut necessitatis de traditionibus humanis, sequuntur atroces discordiæ, ut olim dissidia orta sunt, de die Paschatis, & de fermentato pane.

DE CONIVGIO.

Veræ Ecclesiæ Theologia.

1. Timoth. 4. Spiritus disertè dicit, quòd in novissimis temporibus attendent Spiritibus erroris, & doctrinæ Demoniorum prohibentium nubere, & abstinere à cibis &c.

Genes. 2, Dixit Deus, Non est bonum, hominem esse solum.

1. Corinth. 7. Vitandæ fornicationis causa unusquisq; habeat uxorem suam. So-

Sophistica Antichristi Theologia.


Papistæ fingunt, Monasticen & cælibatum esse eximios Dei cultus. Prohibent conjugium toti ordini Sacerdotum, & distrahunt conjuges. Cumq; lex cælibatus sit iniusta et impossibilis, multis exitio est, quorum mentes, & corpora propter hoc vinculū polluantur, & quorum animi impediuntur hac una Lege, ne Deum rectè invocare possint.

Porro omnium voce abolenda est Lex, quæ impedit veram invocationem Dei.

FINIS.



DE



DE RATIONE
AMPLIFICANDI AC
COMMODATA AD CON-
SIONES ECCLESIAS-
TICAS.

*Scripta ad quendam Theolo-
gia Studiosum.*



*Uti in libellis Erasmi de Copia, &
D. Philippi Rethoricis multa prae-
cepta de ratione dilatandi & am-
plificandi orationem extant, quae
satis instruere discentes possunt: Tamen ut
intelligas, me nullum laborem subterfugere,
qui ad ornandum ministerium Evangelij, &
ad provehenda tua studia quoquo modo spe-
ret, breviter quasdam admonitiones recitabo.*

Prima Admonitio.

*Ingens discrimen est inter Oratorem Po-
liticum, & Ecclesiasticum. Nam politicus de
ijs rebus verba facit, quae sunt rationi subje-
cta. Ideoque libertate maiori fundit Oratio-
nem*

nem non dissimilem fluvio hybernis nivibus
aucto.

At Orator in Ecclesia magna ex parte
differit de rebus arcanis, positus supra & extra
conspicuum humanae mentis, & alligatus est
ad certam formam verborum, nec licet ei ex-
tra metas divinitus traditas evagari juxta
illud Petri: Qui loquitur in Ecclesia, loquatur
sermones Dei.

Quid? Quod politicus orator omnem ora-
tionem refert ad humanae iudicia, & homi-
num voluntates & studia sibi conciliare stu-
det? Hic verò audiente Ecclesia in Caelo & in
terra concionatur, & rationem de singulis
verbis redditurus est.

Non igitur studeat hominibus placere, nec
serviat stultis hominum opinionibus, & affe-
ctibus: Sed ita Orationem instituat, & moder-
etur, ut Deo grata dicat & Ecclesiae salute-
ria, nec querat quae sua sunt, sed quae sunt Chri-
sti & Ecclesiae.

Secunda Admonitio.

In explicatione dogmatum seu articulo-
rum fidei, plus verae laudis habet Dialectica
proprietas, & studium dicendi eadem de jure
dem

dem, quam ambitiosus ornatus. Verissimum enim est vetus illud dictum, quod Epicteto tribuunt: Doctrina non potest radices agere in animo, nisi quis eadem quotidie, & dicat, & audiat, ac simul ad vitam transferat. Nota est etiam Socratis vox apud Xenophontem: Ego, inquit, dico eadem de iisdem. Et Paulus hanc ipsam admonitionem tradens, Philip. 3. inquit: Τὰ αὐτὰ γράφει ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν ἐκ ὀκνησῶν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές.

Tertia Admonitio.

In materijs moralibus florent, & dominantur figurarum lumina, quibus excitandus est auditor, & in Cogitatione unius sententiae diu retinendus, aut etiam fulminibus verborum terrendus, & impellendus.

Quarta Admonitio.

Cavendum est non solum in vita, sed etiam in dicendo, ne sint plura *πᾶρεργα* quam *εργα*. Sit ergo ornatus concionum sacrarum verecundus & gravis, non futilis, aut *ἀπέργο* *επιήσ*. Neque enim fieri potest, quin nimium laxans habenas orationi, multa improprie & confuse dicat.

Teneatur ergo modus inter concisam brevita-

vitatem, & luxuriam effluentis orationis.
Qua de re apud Platonem in Protagora mem-
morabile præceptum extat. Nec tu Socrates postu-
les, ut breviter nudis propositionibus congru-
diamini, sed sinas laxari habenas orationis,
ut sit splendidior, Nec tu Protagora inflatis
velis & secundis ventis in altum procul è con-
spectu terra proveharis, sed in media Via Fi-
terque maneat.

Quinta Admonitio.

Multi etiam querere solent, quæ sit opti-
ma ratio movendi affectus, & relinquendi in
animis auditorum aculeos. Horatius in arte
Pœtica, Vno versu locum totum de permoven-
dis & inflammandis hominum animis conficit:

Vt ridentibus arrident, ita flentibus ad-
sunt

Humani vultus, si vis me flere dolendum est
Primum ipsi tibi &c.

Vt enim nulla materia tam facilis ad ex-
ardescendum est, quæ nisi admoto igni ignem
concupere possit: Sic nulla mens est tam ad com-
prehendendam vim orationis parata, quæ pos-
sit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam, &
ardens accesseris.

Congruit autem cum hoc precepto Pauli
sententia 2 Timoth. 2. Laborantem agricolam
oportet primum de fructibus percipere. Τὸν
καρπὸν τοῦ γέοργον δὲ πρῶτον τῶν καρπῶν μετὰ
λαμβάνει, Intellige quae dico.

Non ignoro, quosdam haec verba accom-
modare ad preceptum de persolvenda merce-
de, quae debetur Ministris Evangelij. Sed mihi
magis probatur ea sententia, quae docet, Con-
cionatorem non debere imitari malos agricu-
las, qui cum aliis vendant commeatus, ipsi
cum familijs fame contabescunt.

Vt igitur boni agricola est, primum suae
familiae Victum necessarium curare, ac postea,
si quid reliquum est, id cum alijs communica-
re: ita bonus Concionator non sit ἄλλων ἰατρός,
ἀλλ' ἑαυτοῦ βούων, id est, medicus aliorum,
ipse ulceribus scatens, sed ante omnia pectus
suam erudiat, & confirmet ijs dogmatibus, &
consolationibus, quae in aliorum aures infun-
denda sunt.

Ita enim fiet, ut pleno de pectore plenum
eloquium fluat. Quia pectus est, teste Cicero-
ne, quod facit disertos. Et ipsa natura oratio-
nis ejus, quae suscipitur ad aliorum animos per-
movendos, oratorem ipsum magis etiã, quã
quengquã eorum, qui audiunt permovet. Qua-

re si alios vis incendere, ipse prius ardeas, quæ
si ipse frigebis, non mirum est auditores nihil
flammarum concipere.

Sexta Admonitio.

Ducuntur autem ex omnibus locis Dialecticis non solum Argumenta, & confirmationes, sed etiam Amplificationes ad impellendos animos. Nam iidem loci, cum confirmandi, aut confutandi causa adhibentur, tum etiam illuminandi causa. Recensebo igitur Titulos, ut aliquo modo agnosci cognatio possit.

A DEFINITIONE.

Non tantum Definitionibus, sed etiam Circumscriptionibus utendum est.

Dialectica definitio Humilitatis.

Humilitas est Virtus, qua agnita nostra infirmitate tribuimus Deo gloriam, & in vocatione obedimus fiducia auxilij divini, & in pœnis fatemur, nos justè puniri.

Rhetorica circumscriptio.

Humilitas est verè timere Deum, & agnoscere propriam infirmitatem, & tamen in fide obedire vocationi Dei, & expectare ab ipso auxilium, et gubernationem, nec appetere ea, ad quæ Deus non vocat, nec fieri audaciter

orem, quasi nostra sapientia, & nostris viribus
res magnas & salutes geramus, sed verè
statuere, quòd Deo adjuvante res utiles gera-
mus, agnoscere modum nostri doni, nec despi-
cere alia membra, per qua Deus est efficax, sed
potius petere, ut Deus ceteros etiam adjuvet,
& illos honore afficere, tanquam Dei organa,
& existimare, quòd Deus etiam utiliora per
eos gerere possit.

Patientia definitio.

*Patientia est obedientia in afflictionibus
propter Deum tolerandis, in confessione & pœnis.*

Rhetorica circumscriptio.

*Tolerantia Christiana est obedire Deo in
perferendis adversis, qua jubet ferre, ne con-
tra justitiam faciamus, hoc est, ne irascamur
Deo, aut aliis modis contra justitiam facia-
mus, sed moderemur dolorem, agnitione vo-
luntatis Dei, & Spe auxilij divini.*

Hæresis definitio.

*Hæresis est pertinax error pugnans cum
scriptura.*

Rhetorica circumscriptio.

*Hæresis est opinio de Deo, rebusq; divi-
nis, & ignota Catholica Ecclesia Dei, pugnans*

eum consensu perpetuo Prophetarum & Apostolorum, sparsa à Diabolis & levibus ingenis, & defensa pertinaciter, ut Deus contumelia afficiatur, & ut multi fascinati errore ruant in aeternum exitium.

Alia regula seu admonitio de definitione.

Non tantum affirmativa, sed etiam negativa sententia in definitione recitanda est.

Ecclesia.

Ecclesia est cætus non solum fugiens, & reformidans contemptum Epicureum verbo divinitus traditi, & omnes opiniones, & cultus pugnantes cum norma patefactionis divinæ, abhorrens etiam à societate parricidarum & libidinum, quibus se contaminant cultores idolorum tetrè ac impiè cum summa temeritate & impudentia, sed etiam fide & bona conscientia audiens, discens & amplectens verbum Dei, & in eo, velut in portu summi cum tranquillitate acquiescens.

Gloria.

Gloria non est approbatio levium hominum, & non rectè judicantium, sed est approbatio Conscientiæ rectè judicantis, & aliorum rectè judicantium.

Peccatū veniale seu non regnans.

Peccata venialia in renatis, retinentibus fidem & bonam conscientiam, non sunt corruptela fundamenti, nec sunt delicta contra conscientiam, sed sunt reliquia peccati originis, caligo, dubitationes, carnalis securitas, errantes flammæ vitiosorum affectuum, & omissiones, vel ignorantia non affectata, quibus Sancti repugnant spiritu.

A GENERE.

Hypothesis transferenda est ad Thesis. Sunt enim ornatissima Orationes ea, quæ latissime vagantur, & à privata ac singulari controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt, & convertunt.

Exempla hujus regulæ quotidianæ conciones suppeditant, in quibus Historia & miracula revocantur ad Locos communes, seu ad capita doctrinæ Christianæ. Vt in Historia Pauli considerentur in genere. I. Doctrina Sanctorum. II. Miracula. III. Vocatio seu genus vitæ. IIII. Certamina & liberationes. V. Studia & mores. VI. Gratiarum actio & imitatio.

A DIFFERENTIA.

Discrimen Legis & Evangelij Ioan. 1.

Discrimen peccati Venialis & Mortalis
Rom. 8.

Discrimen Ecclesie & Impiorum.
Historia Passionis Christi discrimen ad
afflictionibus priorum.

Discrimen Ministerij, & Politice potesta-
tis 2. Corinth. 10. & alijs.

Discrimen verorum cultuum & traditi-
onum humanarum Matth. 15.

Discrimen disciplina, & Iustitie fidei
Philip. 3.

Discrimen vera & falsa Invocationis Jo-
han. 4.

Discrimen patientie Philosophica & Chri-
stiana. 1. Petri 5.

APROPRIO.

Mediatoris proprietates sunt, videre cor-
da invocantium, discernere Veram invocatio-
nem & Hypocrisin, exaudire invocantes, &
ingredi in consilium arcanum aterni Patris,
videre voluntatem aterni Patris, & pro no-
bis deprecari.

APONDERE VERBI.

Matth. 3. Hic est Filius meus dilectus,
quo delector. Magna vis est horum verbo-
rum, Delector hoc Filio. Diligi à se hunc Fili-
um, affirmat, & se eo letari, & in eo acquies-
cere.

cere. Hoc autem ideo predicat, ut cum docue-
rit, Ecclesiam propter hunc Filium recipi, fides
fiat ardentior, cogitans, vero & ingenti amo-
re nos quoque diligere à Deo, qui Filij hereditas
sumus, & propter eum recipimur, & eum au-
dimus, & celebramus.

Ego sum Dominus Deus tuus,
qui eduxi te de terra Aegypti.

Id est, Te verè recipiens & curans, tibi dans
verbum, te vocans, tibi opitulaturus, te exau-
diens, servans in hac vita, & post hanc
vitam. Emphasis maxima est in vocabulo
Tuus, quia hac ipsa voce Deus fœdus nobiscum
facit, se verè curare hunc populum audien-
tem hoc ipsum verbum, quod tradit, & se tan-
tum Ecclesiam ex hac parte generis humani
colligere, quæ hoc verbum audit, & ample-
ctitur.

Dixit Deus, Non est bonum hominem
esse solum, Genes. 2. Id est, Sapientia divina,
amans justitiam, castitatem, & alias virtu-
tes, fecit hoc decretum, quod vult ratum &
firmum esse, & Severissimè puniet omnes, vio-
lantes hunc ordinem.

Ac ut alia exempla omittam, Empha-
ses Pronominum in Sacris literis præcipua ob-

servatione notanda sunt, ut Rom. 4. Christus
traditus est pro peccatis NOSTRIS, & resur-
rexit propter justitiam NOSTRAM. Esaiæ 9.
NOBIS natus, NOBIS datus, Esaiæ 53. Vul-
neratus est propter iniquitates NOSTRAS, &
livore ejus sanati sumus. Ioël 2. Effundam de
Spiritu meo.

A DIVISIONE.

Μεροποιός est, vel Partium vel Specie-
rum enumeratio. Exempla.

Distributio potentiarum Anima in mat-
ris materiis.

Iustitia originalis, Lux in mente, Con-
versio voluntatis ad Deum, obedientia cordis
erga Legem Dei.

Peccatum originis: Caligo in mente, volun-
tatis aversio à Deo, contumelia cordis adver-
sus Legem Dei.

Fides est Notitia verorum articulorum
in mente, Assensus, & Fiducia in voluntate
& corde.

Luca 24. Quae scripta sunt in Lege, in
Moysè, in Prophetis, & Psalmis.

Ordo hominis triplex, erga Deum εὐσε-
βῶς πρὸς, erga sese σωφρονῶς, sobriè, modestè,
erga proximum δικαίως, justè. Tit. 2.

Beneficia Dei in gratiarum actione reci-
tando.

tanda. 1. Creatio. 2. Patefactio. 3. Missio
Filiij. 4. Donatio Verbi & Evangelij. 5. Do-
natio Spiritus Sancti. 6. Promissio vita eter-
na. 7. Remissio peccatorum. 8. Liberatio à po-
testate Diaboli, & à morte aeterna. 9. Nutri-
tio, defensio corporis & animæ. 10. Literarum,
& vera doctrina ostensio.

Huc pertinet ΣΥΝΑΘΡΟΙΣΜΟΣ, Id
est, Congeries seu coacervatio magnæ Varie-
tatis rerum.

Rom. 1. Repleti omni iniquitate, fornicatione,
avaritia, malitia: Pleni invidia, cede,
contentione, dolo, malignitate. Susurriones,
oblocutores, contumeliosi, superbi, &c.

Coloss. 1. Qui eripuit nos ex potestate te-
nebrarum, & transtulit in regnum Filiij sui
dilecti, per quem habemus redemptionem, &
remissionem peccatorum.

Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ
sunt, adulterium, scortatio, impuritas, proter-
via, idolatria, veneficium, inimicitia, lis, emu-
lationes, ira, contentiones, dissidia, hereses,
invidia, cades, ebrietates, commestationes,
& his similia,

Fructus autem Spiritus est, charitas, gau-
dium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fi-
des, mansuetudo, temperantia.

Philip. 4. Quod reliquum est, fratres,
quacunque sunt vera, quacunque veneranda,
quacunque justa, quacunque pura, quacunque
amabilia, quacunque boni nominis, si qua vir-
tus, & si qua laus est. hac cogitate.

Admonitio.

Assuescias te ad catalogum virtutum,
& vitiorum, de quibus concionantur Leges
prime & secunda Tabula Decalogi.

Item ad enumerationem gratiarum pri-
vatarum, & positivarum Christi.

Vt si dicas, Libertas Christiana integra
est, liberatum esse per Christum à peccato,
morte, lege, damnatione, à tyrannide Diaboli,
ac omnibus calamitatibus, & à Deo receptum
esse ac donatum salute, & vita aeterna, in qua
nova luce, sapientia, & justitia ornati, Deum ce-
lebrabimus, & fruemur ejus conspectu aeterno.

Item Tres articuli in Symbolo comprehen-
si, saepe intertexantur concionibus, ut si dicas,
Ecclesia à Deo condita est, & redempta per
Filium, & sanctificata per Sp. S. ad vitam &
aeternam, ut Deum agnoscat, & celebret.

Item, Orationis Dominicae partes pluri-
mum valent ad docendum, & amplifican-
dum. Eas enim amplificationes maxime
probo, quae non sunt fucus accersitus, sed orna-
men-

menta sumpta ex visceribus causa.

Math. 6. Primum querite regnum Dei, & justitiã ejus, & cetera adijcientur vobis. Id est, date operam, ut sanctificetur Nomen Dei, Verã & agnitione, invocatione & celebratione Dei, & propagatione pura doctrine refutationeque falsarum opinionum, & cultuum impiorum. Persicite, ut Regnum Dei publicè & privatim crescat, Non tantum in sermone, verum etiam in virtute. Suam quisque vocationem intelligat, & in ea serviat Deo & Ecclesie, eamque ornet sancta dicendo, & sancta faciendo. Quod si hoc modo regnum Dei, & justitiã ejus quæretis, fide, & bona conscientia, polliceor vobis, nunquam defutura esse adminicula hujus mortalis vite.

Fiat præterea Sacramentorum crebra mentio, ut cum dico, Cogita, Te baptizatum esse in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti, & in communionem sacrosanctã convivam te fuisse Christi, & manducasse Corpus Domini pro te traditum, & bibisse Sanguinem ejusdem Domini, effusum pro te ad remissionem peccatorum. Denique te non humana sed divina voce a peccato, & aeterna morte absolutum esse. Qua cum ita sint, non modò spem firmam & immotam de aeterna salute concipias, sed eti-

am in id incumbito, ut Deo servias in justitia
& sanctitate vera omnibus diebus vita tua,
ut Zachariae verbis utar, Luca. I

CAVSI S.

| | |
|---|---|
| Mediator sit Deus & homo | Symboli Niceni enarratione e- dita nomine Crucigeri. |
| Disciplina pre- standa. | Omnibus libel- lis D. Philippi |
| Retinenda par- ticula Gratis. | Articulo justifi- cationis. |
| Facienda bona opera. | Loco de bonis o- peribus. |
| Causas Traditæ promissio- nes de rebus corporalibus. | Loco de discer- mine Veteris et noui Testamenti. |
| Ecclesia Cruci subjecta. | Loco de Cruce et calamitatibus. |
| Instituta Sacra- menta. | Titulo de Sacra- mentis. |
| Retinendus mos privatæ absolu- tionis. | Titulo Locorum Communiū de Confessione. |
| Punienda atro- cia delicta, sæpe multumq; incul- canda populo. | Enarratione precepti Non occides. |

*Causæ cur retinenda integritas
conscientiæ.*

Prima, Mandatum Dei.

Secunda, retentio fidei.

Tertia facultas invocationis.

*Quarta, spes auxiliij & protectionis di-
vina.*

Quinta Tranquillitas cordis.

*Sexta mitigatio, & liberatio in calami-
tatibus.*

Cur humilitas præstanda.

Prima. Causa efficiens donorum. 1. Cor.

*4. Quid habes o homo, quod non accepisti, quid
gloriaris, quasi non acceperis?*

*Secunda, Finalis. 1. Cor. 12. Hæc omnia
dantur ad adificationem Ecclesiæ. 1. Cor. 10.*

Omnia facite ad gloriam Dei.

Tertia, Receptaculum donorum. Esa: 40.

*Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus, sicut
flos agri. Psal. 103. Est homo persimilis fœno
per prata virenti. 2. Cor. 4. Habemus autem*

*Thesaurum hunc in vasis fictilibus, ut subli-
mitas sit virtus Dei, non nostra.*

Quarta, Exemplum Christi. Matth. 11.

*Discite à me, quia mitis sum, & humilis cor-
de.*

de. Philip. 2. Is affectus sit in vobis, qui sit
it in Christo Iesu.

Quinta. opera ad membrorum eius-
dem Corporis, que non certant inter se ambi-
tione & emulatione, sed operas in communem
conferunt. 1. Cor. 12.

Causa cur Ebrietas fugienda.

- I. Ebrietas fons est omnis mali. Prover. 23.
- II. Impedimentum omnis boni.
- III. Ebrj arcentur à regno Christi, & à
Ecclesia 1. Cor. 5. 6.
- III. Abutuntur donis & Creaturis Dei
contra præceptũ, Ioan. 6. Colligite fragmenta.
- V. Sunt ἀνομοῦτοι & parricide sui corporis.
- VI. Accersunt sibi furorem, cecitatem, &
amentiam, ut Alexander, Antonius.

Cur amanda & colenda castitas.

- I. Vt discernamus Deum à naturis im-
mundis.
- II. Vt maneamus intra metas ordinis di-
vini.
- III. Præcepta de castitate. 1. Thes. 4. Ebr. 12.
- IIII. Comminationes pœnarum. 1. Corint. 6.
Genes. 19. Num. 25. Reg. 12.

Quare expetenda veritas.

Primò, Quia Deus non vult homines lu-
dere

dere furoribus opinionum de se, sed agnoscere se qualis est.

Secundo vult intelligi, se veracem esse, & vult sciri, sua dicta, comminationes, & promissiones firmas & ratas esse.

Tertio. Vult discerni hac virtute à Diabolis, qui mendacia spargunt contumeliosa adversus Deum, & perniciose humano generi, ut agrè faciant Domino, & quàm plurimos homines perdant.

Quarto. Non potest sine veritate conservari natura, quia cum datur venenum pro cibo, extinguitur homo.

Quinto. Nulli contractus, nulla societas esse posset, si pacta non servarentur.

AB EFFECTIBVS.

Effectus natiuitatis Christi, Lu. 2. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, hominibus latitia?

Galat. 4. Misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum sub Lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.

Effectus Passionis & Resurrectionis Christi.

Esaiæ 53. Disciplina super eum, ut nos haberemus pacem. Et livore ejus sanati sumus.

Rom. 4. Traditus est propter peccata nostra.

Osc. 6

Osee 13 Hic mors tua & mors,
Coloss. 2. Delens chirographum.

Effectus Spiritus Sancti.

Zachariae 12. Effundam super vos Spiritum gratiae & precum. Rom. 8. Hic Spiritus dat testimonium Spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Item, Opitulatur infirmitati nostrae. Denique clamat pro nobis ad Deum gemitibus ineffabilibus.

Effectus seu usus Legis.

Cohercere non renatos, & perterrefacere conscientiam, & regere obedientiam renatorum.

Effectus Fidei.

Habacuc 2. Iustus fide sua vivet.
Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus.
1. Iohan. 5. Hae est victoria, quae vincit mundum, fides nostra.

Effectus Peccati originis.

Ira Dei, mors, & reliqua moles ingentium calamitatum, concupiscentia seu avaritia omnium virium, Tyrannus Diaboli.

AB ABSURDO.

Absurdum est dicere, quod Christus nos tantum liberaverit à Ceremonialibus. Quia si li-

si liberatio tantum ad ceremonialia pertinet,
non profuit Patribus ante Moysen. Necessesse
est autem statuere, quod liberatio à Lege perti-
neat ad universam Ecclesiam, à principio mun-
di usque ad finem.

Ergo majore onere levavit nos Christus,
videlicet, ab ira Dei, & maledictione Legis,
aculeo mortis, & potentia peccati.

1. Corinth. 15. Si Christus non surrexit,
inanis est fides vestra.

Galat. 2. Si ex operibus sumus justi, Chri-
stus est Minister peccati, & frustra mortu-
us est.

NECESSARIO.

Necessesse est, confessionem verae doctrinae
de Deo anteferri omnibus humanis rebus.

Necessesse est, restare aliud iudicium post
hanc vitam, in qua Deus discernet Ecclesiam
suam à reliqua sece generis humani.

IMPOSSIBILI.

Impossibile est, doctrinam à Deo traditam
commentitiam esse, Quia habet gradus testi-
moniorum non fallentes, Miracula, antiquita-
tem, experientiam spiritualem, fortitudinem
Martyrum, stabilitatem Ecclesiae, pœnas ho-
stium Evangelij, denique ipsum genus doctri-
nae, quod continet mandatum Dei, promissio-

nes de rebus presentibus & eternis, commi-
nationes pœnarum, quibus respondent even-
tus. Imò ipsum nomen Dei, distinctum à com-
mentitijs numinibus, & juramentum.

Impossibile est, in Deo esse contradictori-
as voluntates.

Impossibile est Deo placere sine fide. Ebre. 11.

Impossibile est, cum fide non conjunctam
esse bonam conscientiam. Iohan. 3. Si cor no-
strum non condemnat nos, fiduciam habemus.

Impossibile est Lege justificari, quia ser-
sus carnis est inimicitia adversus Deum, Li-
gi enim Dei nec subyici potest, Rom. 8.

Impossibile est, Ecclesiam carere literis &
doctrina, quia Episcopum oportet esse διδάκ-
την, & ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.
Hec summa opera sine literis, & sine doctrina
nemo efficere potest.

A C I R C U M S T A N T I I S.

Historia Nativitatis Christi rectissime
explicatur per circumstantias.

Quis natus? Verbum caro factum est.

Cur? propter nostram salutem Luca 2.

Hodie natus est nobis Salvator.

Vbi? In Bethlehem Mich. 5.

Quando? Genes. 49. Daniel 9.

Quomodo? in magna paupertate.

De

De Spiritu Sancto. Quid est? Cur datur? Quibus datur? Quomodo datur? Quomodo excutitur?

Exemplum illustrè circumstantiarum Loci & Temporis extat in Prefatione Calendarij Eberii pag. 9. de transitu Iordanis ductore Iosua Iosua. 3.

AB ADIACENTIBVS.

Προσκειμενα Invocationis quinque cogitanda in precatone. 1. Quis sit Deus. 2. Mandatum. 3. Promissio. 4. Res petenda. 5. Fides.

Προσκειμενα Conjugij. 1. Amor mutuus ardens sine simulatione & coactione, Sincerus sine suspicionibus & πλεονεξια, suavis sine morositate & fastidio. 2. Fides manens intra metas ordinis divini. 3. Societas bonorum & arumnarum. 4. Generatio. 5. Defensio.

Προσκειμενα Episcopi. 1. Tim. 3. Tit. 1.

Προσκειμενα Magistratus politici Rom. 13. Sed rota tabella, quam vocat die Hausstafel/ plurima adjacentium exempla suppeditat.

A COMPARATIONE.

Magnum Dei opus est Creatio, Sed majus est beneficium patefactionis.

Pulchra res est disciplina, sed collata ad justitiam fidei, est similis stercorei collato ad solem, Philip. 3.

A FORTIORI.

Galat. 3. Legitima Testamenta hominum violare injustum est, Quantum igitur scelus est Testamentum Filij Dei Sanguine ipsius obfirmatum violare. 2. Cor. 3.

Si Deus affuit peritura politie Moysi: quanto magis aderit regno Filij sui aeterno.

A SIMILIBVS.

Psal. 1. Erit similis palma frugifera, & nunquam carenti fructu.

Psal. 58. Irriti Conatus hostium quinque similitudinibus describuntur, Diffluent, ut & que. Dirigent sagittas, scilicet contra Ecclesiam, nec ferient eam. Arescent ut Cochlear Peribunt ut abortivum. Auferentur ut tentare spine priusquam maturuerint.

Psal. 129. Fiant sicut fenum tectorum, quod, priusquam evellatur, exaruit.

Psal. 127. Sicut sagitta in manu potentis: Ita Filij Heroici.

Psal. 128. Vxor tua sicut vitis abundans.

Psal. 133. Sicut unguentum in capite.

Esai. 40. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit, fatias ipse portabit.

Esai. 46. Vos portamini in utero meo. I-
bidem

bidem, Nunquid mater potest oblivisci infan-
tem suum.

Item 53. Omnes sicut oves erravimus.

Esai. 65. Quomodo si inveniatur granum
in horto, & dicatur, ne dissipetur illud, &c.

Sed hujus generis exempla velle nume-
rare, perinde est, ac si velis arenas omnium a-
quarum numerare.

Admonitio.

In articulis fidei parcè & prudenter hoc
Schemate utendum est. Quia multi, dulcedi-
ne harum imaginum invitati, extra metas
erumpunt. At in moralibus materiis licet
hoc genere picturarum liberius uti.

ANTI THESIS.

Antithesis Philosophia, & Evangelij, de
Peccato, de Iustitia, de causa peccati & mor-
tis, denique de multis doctrina Articulis sa-
pissimè instituenda est.

Antithesis doctrina Papistica & Evan-
gelij saepe intertextatur concionibus Sacris, ut
sua bona homines discant magnifacere, & pro
ijs Deo gratias agere, & ut cogitent, non de
parvis rebus certamina hoc tempore mota
esse.

Antithesis vita & mortis piorum &

impiorum. Psalm. 1. & aliàs saepe.
2. Cor. 4. Leve momentum tribulationis
efficit pondus aeternae gloriae.

Philip. 2. Ut ipsi fiant aliqua grata, quasi
dicat, Cum in genere humano omnes illi, qui
sunt extra Ecclesiam faciunt Deo ingrata,
cumulent idola, blasphemias, moveant seditio-
nes, polluantur cadibus, libidinibus, furtis,
mendaciis: excerpit tamen Deus aliquam
partem, videlicet, vere Ecclesiae membra.
Hac verè celebrant Deum, custodiunt doctrinam
Evangelij, invocant Deum fide, gratias
agunt, obediunt ei, & in tota aeternitate eum
celebrant.

EXEMPLA.

Historia Sacra, & profana immensam
copiam exemplorum quasi Virgula divina
suppeditant.

ALLEGORIÆ.

De Allegorijs secundo libro Rhetorices
D. Philippi dicitur. Luca 10. de Samaritano.

Matth. 12. de Iona.

1. Cor. 5. de Agno mactato in Paschate.

2. Cor 3. Moysis facies velata, & operata.

Galat. 4. De duobus Filiis & uxoribus
Abrahae.

Ebre.

Ebre. 7. de Melchisedech. Sed passim occurrunt exempla plura.

Hactenus precipuas formas amplificatio-
num recensui, quæ ex fontibus Locorum Dia-
lecticorum hauriuntur. Nunc paucos titulos
Figurarum addam, quarum Definitiones ex-
tant in libellis Rhetoricis.

GRADATIO.

Rom. 5. Tribulatio efficit patientiam, pa-
tientia probationem, probatio spem, spes au-
tem non confundit.

Gradatio continēs summam Psalterij: Au-
ditor verbi Dei tentatur, Tentatus orat, O-
rans liberatur. Liberatus gratias agit.

HYPOTYPOSIS.

Coloss. 2. Delens chirographum, & affi-
gens cruci.

Psal. 7. Nisi conversi fueritis, gladium
suum vibravit, arcum suum tetendit, & pa-
ravit illum, & sibi paravit tela mortis, sagit-
tas suas contra persequentes paravit.

ΠΡΩΣΩΠΟΠΟΙΑ.

Osee 13. Ero mors tua ô mors, & pestis tua
ô Inferne.

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ.

1. Cor. 15. Mors, ubi est aculeus tuus? Inferne,
ubi est victoria? Deo autem sit laus, qui de-

dit nobis victoriam per Dominum nostrum
Iesum Christum.

*Angeris de indignitate tua? Audi pro-
missionem Evangelij gratuitam.*

*Angeris de particularitate? Include te
in promissionem universalem, Venite ad me
omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego
refocillabo vos.*

CONCESSIO seu INSTANTIA.

*Qua opponitur aliud fortius. Sit sanè con-
temptus & inops ordo ministrorum Evange-
lij, Sed tamen Deum glorificat Ioan. 15. &
dificat Corpus Ecclesia, ne circumferamur o-
mni vento doctrina Ephes. 4.*

*Sit sanè Ecclesia cæcus egenus & pauper,
Habet tamen hæc summa bona, Veram Dei
agnitionem & invocationem, consolationem
firmam in ærumnis, & in media morte, Deni-
que normam vitæ Deo placentis.*

EPIPHONEMA.

*Singuli ferè Psalmi clauduntur Epiphone-
matis, ut Psa. 1. Novit Dominus viam justorum.*

*Psal. 2. Beati omnes, qui confidunt in eo.
Itaque non est difficile exempla colligere, &
imitari.*

TRANSITIO.

*Hactenus de persona Mediatoris nostri
dixi,*

dixi, Nunc de beneficiis ejusdē Domini pauca
addam. Sed non est obscurum, quid vocetur
Transitio seu Continuatio.

OCCUPATIO

Et si res Alexandri magis incurrunt in
oculos, quàm miranda facta Christi: tamē his
ipsis non desunt pompa, & publica testimonia.

SUBIECTIO.

Iustus dat equalia equalibus.

Ego & Elias sumus inaequales.

Ergo non dantur nobis equalia.

Respondeo. Sumus inaequales, quò ad do-
na attinet. Ut enim vocationes differunt,
Prophetica & Scholastica: Sic gradus donorum
sunt dissimiles. Sumus autem aequales, quò ad
gratiam in Remissione peccatorum. Non enim
aliter Elias fit heres vitae aeternae, quam Latio
emendatus in cruce, videlicet non propter su-
am dignitatem & merita, sed gratis propter
Christum.

Hac ferè sunt, quae breviter de ratione
amplificandi conciones Ecclesiasticas dicenda
putavi. Tuum est his fragmentis tribuere
quantum voles. Tantum autem tribuas, ut co-
gites, hac qualiacumq; nō ostentandi causa, sed
studio tibi gratificandi à me annotata esse.


Bene Vale, & Spartam, quā nactus es orna.

Victorinus Strigelius.



RESPONSIO-
NES AD IMPIOS BEL-
GICAE INQUISITIONIS.

PRIMVS ARTICVLVS.



Omnes p̄j toto orbe terrarum amplectuntur Symbolum Apostolicū, & nativam singulorum articulo- rum sententiam. Sed Pontificum agmen, quod sibi titulum sanctæ Ecclesiæ falso arrogat, multa dogmata defendit, pugnantia cum precipuis ejus Symboli capitibus, ut Synodus Tridentina confirmat impium dogma de dubitatione, quod delet articulum, Credo remissionem peccatorum, Affirmat etiam Sanctos invocandos esse, contra doctrinam de officio unius Mediatoris IESU CHRISTI.

II.

De Traditionibus Romanae Ecclesiæ.

*Multa sunt traditiones humanae per se impie, & pugnant cum mandato Dei, ut lex de calibatu. Alia per se indifferentes contami-
nantur.*

nantur opinione cultus, meriti, necessitatis,
& perfectionis. De priori genere Christus in-
quit Math: 15. Vos violatis mandatum Dei
propter Traditionem vestram. De altero gene-
re notum est dictum Esaiæ: Frustra colunt me
mandatis hominum. Quare non omnes Cere-
monia seu traditiones sine discrimine recipi-
ende sunt. Eodem modo judicandum est de
formulis precum & cantionibus. Alia enim
pia sunt, ut multi hymni Prudentij, Sedulij,
Ambrosij, & aliorum, qui fundamentum re-
tinuerunt. Alia vero, in quibus Sancti invo-
cantur, plene sunt impietatis, qualis est pre-
catio in hortulo animæ, directæ ad S. Rochum.
Deus, qui beato Rocho per angelum tuum ta-
bulam eidem asserentem promisisti, ut qui ip-
sum invocaverit, à nullo pestis cruciatu lade-
retur, Presta quesumus, ut qui ejus memori-
am agimus, meritis ipsius à mortifera peste
corporis & animæ liberemur. Hæc precatio
contumelia Deum afficit, quia tribuit homini
opera propria omnipotentia Dei, quod liberet
à morte, à morbis, à potestate Diaboli.

III.

De interpretatione Scripturæ &
de authoritate Patrum.

Est Ecclesia ut doctrix audienda est, & testimonia Patrum congruentia cum Articulis fidei probanda sunt: tamen immota est, & eterna regula: Si quis aliud Evangelium docet, anathema sit. Hæc illustris & immota regula evertit omnes prestigias Sycophantarum, qui manifestis idolis, & corruptelis doctrina prætexunt nomina Ecclesia, Synodorum, & Patrum.

IIII.

De numero Sacramentorum.

In septimo confesso Concilij Tridentini factum est decretum, quo damnantur, qui vel pauciora, quàm septem Ecclesia Sacramenta, vel non omnia dicunt à Christo esse instituta. Huic impio, & palàm falso decreto, primum opponantur testimonia Augustini, qui duo tantum Sacramenta novi Testamenti recenset. Sic enim in Epistola 118. ad Ianuarium scribit: Primò itaque tenere te volo, quod est hujus disputationis caput, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Evangelio loquitur, leni jugo nos subdidisse, & sarcina levi. Unde Sacramentis numero paucissimis, observatione facilimis, significatione præstantissimis societatem novi populi colligavit, sicuti est

est Baptismus Trinitatis nomine consecratus,
& communio Corporis & Sanguinis ipsius.
Idem lib: 3. de doctrina Christiana Cap: 9.
Hoc verò tempore, posteaquam resurrectione
Domini nostri manifestissimum indicium li-
bertatis nostrae illuxit, ne eorum quidem si-
gnorum, quæ intelligimus, operatione gravi
onerati sumus, sed quadam pauca pro multis,
eademque factu facillima, & intellectu au-
gustissima, & observatione castissima ipse
Dominus, & Apostolica tradidit disciplina,
sicuti est baptismi Sacramentum, & celebra-
tio Corporis & sanguinis Domini. Deinde &
hoc manifestum est, nulla Sacramenta in Ec-
clesiam importanda esse sine Mandato, & Pro-
missione divina. Nulla autem extat senten-
tia in scriptis Prophetis & Apostolicis, quæ
ostendat, formas consecrandi oleum, cujus usus
est in confirmatione & unctione, Deo placere,
& efficaces esse. Sunt igitur Ritus confirmatio-
nis & unctionis, quos nunc Papistæ retinent,
non modo inanes umbrae, sed etiam spectacula
plena superstitionis & idolatria. Dicunt e-
nim, remitti peccata per istas unctiones, &
addunt invocationem mortuorum, quam ne-
cesse est improbare. Etsi autem conjugium, or-
do politicus, & ministerium sunt genera vi-
re à

te à Deo instituta: tamen non potest ad ea
accommodari usitata definitio Sacramenti, in
qua dicitur: Sacramentum est signum gratiae.
Multi enim extra Ecclesiam, & in Ecclesia
utuntur Conjugio, & Rempub. administrant,
qui nequaquam sunt gratiae divinae participes.
Multi etiam Hypocritæ funguntur munere
docendi in Ecclesia, de quibus Christus dicit:
Discedite à me operarij iniquitatis, nunquam
enim novi vos. Denique nemo statueret potest,
se Deo placere propter Conjugium, aut propter
Gubernationem Reipub. aut propter manus do-
cendi in Ecclesia, cum alia sigilla justitiae fidei
divinitus addita sint Promissioni gratiae. Po-
stremo Pœnitentia non est Sacramentum, sed
perpetuum exercitium timoris & fidei. Non
enim consistit in usu Ceremoniarum, sed in
veris pavoribus, & consolatione fidei. Sunt i-
gitur duo tantum novi Testamenti Sacra-
menta, Baptismus, & Cœna Domini. Reliqua
verò, de quibus dictum est, aut falso, aut im-
propriè nominantur Sacramenta.

V.

De Ritibus usitatis in administra-
tione Sacramentorum apud
Papistas.

Quoties sacrificulus Papisticus consecrat
oleum, quo egroti unguuntur, hanc formulam
exorcismi recitat: Exorciso te imundissime
Spiritus, omnisq; incurso Satana, & omne
phantasma in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
S. Vt recedas ab hoc oleo, ut possit effici
unctio spiritualis ad corroborandū templū Dei
vivi, ut in eo possit Spiritus S. habitare. Hac
verba Deum, & Creaturam contumelia affici-
unt. Abutitur enim sacrificulus sanctissimo
nomine Dei contra secundum preceptum, &
Creaturam Dei bonam, quasi obsessam à Diabo-
lo adjurat, eiq; tribuit maximam vim sine
verbo Dei. Quoties autem sacrificulus Cano-
nem majorem in Missa recitat, Primum offert
panem non Consecratum pro Ecclesia, & orat
Deum, ut hoc munus acceptum habeat. Dein-
de affirmat, se hunc panem offerre pro redemp-
tione animarum. Tertio invocat mortuos, &
eorum merita Ecclesia applicat. Quarto dicit, se
offerre Christum. Quinto constituit se Media-
torem inter Deum & Christum. Precatur e-
nim, ut aternus Pater sit Filio propitius, e-
umq; acceptare velit. Postremo precatur pro
mortuis. His furoribus Ethnici sacrificuli im-
mota & aterna veritas opponenda est, quæ do-
cet tantum esse unicum sacrificium propitiato-
rium,

rium, quo ira aeterni Patris aduersus genus hu-
manum pacata est, Videlicet, totam Filij Dei
Domini nostri Iesu Christi crucifixi & resurre-
cti obedientiam. Hic unicus est agnus, qui
tollit peccata Mundi. De hoc unico Sacrificio
dictum est, unica oblatione consummavit
perpetuum eos, qui sanctificantur. Et hoc sacri-
ficium singulis sua fide applicatur, cum audi-
unt Evangelium, & Sacramentis utuntur
ut Paulus inquit: Quem proposuit propitiare
rem in sanguine eius, per fidem. Et iustus sine
sua vivet. Cum igitur totum Missae spectacu-
lum pugnet cum verbis institutionis, & ritus
extra usum institutum non habeat rationem
Sacramenti, cogitent pij, qualis ibi fiat idole-
rum cultus, nec dubitent, Deum horribiliter
irasci his idolis & obominationibus.

VI.

De Peccato originis, & de Ju-
stificatione.

synodus Tridentina fecit decretum, in
quo haec verba leguntur. Concupiscentia in ve-
natis non est verè & propriè peccatum. Huius
decreto opponatur dictum Ioannis 3. Peccatum
est, quicquid est contra Legem Dei. Iam verò
satis constat, tristes dubitationes in mente eti-
am

am in renatis, & in voluntate, & corde neglectionem Dei, & carnalem securitatem, & alias pravas inclinationes pugnare cum Lege Dei. Sunt igitur peccata suo genere, etiamsi remittitur sanctis reatus. Et Paulus cap. 7. ad Rom: expresse nominat hæc mala peccata, cum ait: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mea, & captivantem me in lege peccati. Et Augustinus lib. 5. contra Iulianum inquit: Concupiscentia carnis, adversus quam bonus concupiscit Spiritus, peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis. Detestanda est igitur Synodi Tridentina perversitas, quæ astute ad stabiliendos alios errores inde sequentes, hac ambigua forma vocabulorum lusit. Ait, concupiscentiam non esse propriè peccatum in renatis, cum tamen hoc velit, non esse malum pugnant cum Lege Dei.

De Justificatione.

Eadem Synodus fecit impium decretum de Justificatione Canone 13: Si quis dixerit, omni homini ad Remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certò & absque ulla hesitatione propria infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, ana-

thema sit. Hoc decretum palam falsum, im-
pium, & execrandum est. Iubet enim omnes
homines manere in dubitatione, & precipu-
um caput in Symbolo delet, quod est portus, &
summa consolatio piorum: Credo remissionem
peccatorum. Imò inquit decretum: Ne credas,
sed dubites. Hic manifestus & perniciosus
error pugnant cum scriptis Prophetis & A-
postolicis, & cum consensu Catholica & ortho-
doxa Ecclesia. Paulus inquit Rom. 5. Ideo ex
fide gratis, ut sit firma promissio. Roman. 5.
Iustificati fide pacem habemus. Opposita autem
est hæc pax dubitationi, Ephes. 3. Per quem ac-
cedimus accedere in fiducia per fidem eius. E-
bra. 4. Accedamus cum fiducia ad thronum
gratia. Hunc locum enarrans Chrysostomus in-
quit: Non dubitantes. Non enim potest dubi-
tans cum fiducia, accedere. Tantum igitur fi-
dem afferamus & omnia consequamur. Iaco-
bi 1. Postulet cum fiducia non hæsitans. 1. Iô-
an. 5. Qui non credit Deo, mendacem facit e-
um. Sciamus igitur mandatum Dei, & pro-
prium Evangelij vocem esse, ut credamus, no-
bis remitti peccata in conversione, & conver-
sos esse in gratia, propter Filium, & vincen-
dam esse dubitationem hac fide.

VII.

De Missa & Transsubstantiatione.

De oblatione in Missa renovat Synodus Tridentina Canone 3. Pharisaica deliramenta, mereri eam remissionem peccatorum, culpa & poenae, facienti & aliis. Hac enim sunt verba Canonis tertij: Si quis dixerit, Missa sacrificium soli prodesse sumenti, neque pro vivis & defunctis pro peccatis, poenis, satisfactionibus & alijs necessitatibus offerri decere, anathema sit. Delet igitur Synodus Tridentina vocem Evangelij de gratuita remissione peccatorum, quae fit propter Filium Dei, & sola fide accipienda est. Delet & hoc dictum Ebrae. 10. Vna oblatione consummavit Filius Dei omnes, qui sanctificantur. Præterea Christus instituit sumtionem, & recordationem publicam & privatam. Hac verò nequaquam ad mortuos pertinet. Ideo manifesta profanatio est, fingere oblationem pro mortuis.

Porro decretum de Transsubstantiatione, ut vocant, quod confirmavit multiplicè idolatriam, factum est ab Innocentio tertio Pontifice, anno à Natali Christi 1215. Quod autem

non fiat abjectio substantiae Panis, docet Paulus, & multorum sanctorum Patrum firma & perspicua testimonia. Sic enim Paulus. 1. Cor. 11. inquit: Probet seipsum homo, & sic de Pane illo edat. Item, Quicumque manducaverit Panem hunc indigne. Et 1. Corinth. 10. Panis quem frangimus. Constat autem Corpus Christi in sua substantia non frangi, juxta dictum: Os ejus non comminuetis. Ad haec Pauli dicta adjungantur pia & erudita Vetustatis testimonia. Ambrosius lib. 4. de Sacramentorum, ubi accesserit consecratio, de Pane fit Caro Christi, non sublata Panis substantia, sed adjecta Pani Corporis Christi gratia, atque ideo imposito illi Corporis Christi nomine. Et Theodoret. dialogo 1. Qui naturale Corpus, triticum & panem appellavit, & rursus vitem seipsum nominavit, is visibilia symbola Corporis & Sanguinis appellatione honoravit, non naturam mutans, sed gratiam natura adiciens. Idem Dialogo 2. Nequaquam post sanctificationem mystica symbola propriam amittunt naturam. Manent enim in priore substantia, & figura, & specie, & cerni ac tangi possunt sicut antea. Ex his Testimoniis satis apparet, pia Vetustati ignotum fuisse

fuisse commentum Innocentij de Transsubstantiatione, seu de abjectione substantie Panis.

VIII.

De una Specie.

Ingens scelus est legitima hominum Testamentum violare: Longè igitur majus & atrocius scelus est, institutionem Filij Dei mutare. Constat autem Christum sic instituisse Cænam, Vt omnes pij sine exceptione integro Sacramento utantur, quia textus de calice disertè dicit: Bibite ex hoc omnes. Addita est universalis, ut sciamus, nullum membrum Ecclesia excludi. Et Paulus expressè dicit: A Domino accepi, quod tradidi vobis. Iussit autem totam Ecclesiam integro Sacramento uti, ut tota narratio Evangelij testatur. Quare cum in usu unius partis manca & mutila sit institutio Christi, & partes non sint separandæ, non obscurum est, quid de hoc articulo existimandum sit. Quis enim sine verbo Dei nos certos faciet de hac sententia, quòd sub una parte tantum percipiatur, quantum sub utraq;

IX.

De Purgatorio.

Fabula de Purgatorio, primùm orta est à

spectris, deinde confirmata propter quæstum,
& nunc defenditur ab ijs, qui palam sunt Epi-
curei, ac securissimè contemnunt iudicium Dei.
Hi, quæ de pænis post mortem leguntur, sic ac-
cipiunt, ut fabulas poëtarum de Ixione, Sisy-
pho, Tantalò, aut similes, Ac rident stultiti-
am aliorum, qui affirmant, Deum proposuisse
aternas pænas impijs. Teneatur autem vera
doctrina tradita in Prophetis & Apostolicis
scriptis, quæ duas tantum vias mortuis pro-
ponit. Affirmat, conversos ad Deum, & cre-
dentes, certò esse hæredes aternæ salutis, Et
non conversos ad Deum, affirmat certò in æ-
ternas pænas abiici. Hæc expressissimè docen-
tur in Concione Christi Matth. 25. nec propo-
nitur media via post mortem. Et contra opini-
onem de via media, Consolantur Conversos &
credentes hæc dulcissima dicta.

Ioan. 3. Qui credit, non iudicatur.

Ioan. 5. Amen Amen dico vobis, qui ver-
bum meum audit, & credit ei, qui misit me,
habet vitam aternam, & in iudicium non
venit, sed transiit per mortem in vitam.

Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus.

Rom. 8. Si Christus in vobis est, Corpus
quidem mortuum est propter peccatum, Spiri-
tus verò vivit propter Iustitiam.

Huc

Huc congruit dictum: Hodie mecum eris
in Paradiso.

Apocal. 14. Beati mortui, qui in Domi-
no moriuntur. Certè dicit Spiritus.

Apocal. 20. Esto fidelis usque ad mortem,
& dabo tibi coronam.

Possunt & multa dicta sanctorum Pa-
trum addi contra opinionem de via media.

August. lib. 21. de civitate Dei cap. 25. in-
quit: Non est locus medius, ubi non sit in sup-
plicio, qui illo non fuerit constitutus in regno.

Theodoret. enarrans Psal. 6. inquit: Clau-
sa est Pœnitendi janua ijs, qui hinc migrâ-
runt, nec fieri potest, ut illi, qui in presenti vi-
ta pœnitentiæ remediis uti noluerunt, illic af-
ferant Deo Confessionem pro peccato. Et paulò
post: Novi eos, qui in hac vita discesserunt
cum ulceribus, nullam deinceps medicinam
consecuturos, cum nullus amplius sit pœniten-
tiæ locus.

X.

De Invocatione Sanctorum.

Certissimum est, ab aeterno Patre unicum,
intercessorem in arcano consilio divinitatis
constitutum esse, videlicet Dominum nostrum,
Iesum Christum.

1. Timoth. 2. Unus Mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus.

Ioan: 16. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Rom. 8. Qui interpellat pro nobis.

Ex his dictis manifestissimum est honorem Mediatoris & Intercessoris soli Christo tribuendum esse. Quare omnis invocatio, quae fit ad Angelos, vel ad alias Creaturas, damnanda est, tanquam manifestus cultus Idolorum.

Hec asseveratio confirmatur illo dicto: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies.

Confirmatur etiam his dictis pie Vetus-tatis. Synodus Laodicensis Canone 35. Non debent Christiani deserere Ecclesiam Dei, & abire, ut Angelos compelleret, & congregent cultus hominum, quod prohibitum est. Si quis tigitur deprehensus fuerit, operam dans huic oc-culta idolatriae, anathema sit. Quia deseruit Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, & ad cultum idolorum accessit.

Hunc Canonem citans Theodoretus in e-narrat. cap. 2. ad Coloss. inquit: Quoniam il-li Angelos jubebant adorare, ipse contrarium precipit, ut & dicta & facta exornent recor-datione Christi Domini, Et: Deo, inquit, & Patri

Patri gratiarum actionem remitte per ipsum, non per Angelos. Hanc etiam legem sequens Laodicensis Synodus, & volens veteri illi morbo mederi, lege cavet, ne precarentur Angelos, & ne relinquerent Dominum nostrum Iesum Christum.

Epiphanius contra Collyridianos pag. 449. Quæ verò Scriptura de hoc narravit? Quis Prophetarum præcepit, Hominem adorari, nedum mulierem? Sed neque Elias, neque Ioannes, neque Thecla, neque quisquam Sanctorum adoratur. Non enim dominabitur nobis antiquus error, ut relinquamus viventem, & adoremus ea, quæ ab ipso facta sunt. Item: Sit in honore Maria, Pater verò, & Filius, & Spiritus Sanctus adoretur. Mariam nemo adoret, non dico mulierem, Imò neque virum. Deo debetur hoc ministerium, neque Angeli cupiunt talem glorificationem.

XI.

De Statuis & Imaginibus.

In Decalogo dicitur: Non facias tibi sculptile. Et Deut. 12. Confringite statuas. Hæc præcepta non tantum sunt Ceremonialia, sed etiam Moralia. Est & hoc manifestum, cultum idolorum cum latum esse Statuis. Ideo etiam

minus defendi statuarum usus debet, quod
pleraque mendaces sunt, & nihil sunt nisi li-
gnum, Quid enim Georgij, quid Margarethe
statuae sunt, quam fabulae Graecorum de Perseo
& Andromeda? Sed omissa longiore disputa-
tione in re manifesta, uno dicto Lactantij
contenti sumus, qui lib. 2. Institut. cap. 16.
sic scribit, Non est dubium, quin religio nulla
sit, ubicunque Simulacrum est. Nam si religio
ex divinis rebus est, divini autem nihil est,
nisi in caelestibus rebus, carent ergo religione
simulacra, quia nihil potest esse caeleste in
ea re, quae sit exterra.

XII.

De Indulgentiis.

Multa sunt nefariae corruptelae in Decre-
tis Synodi Tridentinae de Pœnitentia: Nulla
Synodus unquam dixit, enumerationem sin-
gulorum peccatorum necessariam esse jure di-
vino, & quidem eò, ut possit indici satisfactio,
quam ita nominant. Hac verò Synodus impu-
denter addidit hac mendacia veteribus decre-
tis, & Filium Dei contumelia afficit. Nec e-
nim peccati magnitudo cogitatur, nec conside-
ratur, quare in Filium Dei derivata sit ira &
satisfactio, cum offunduntur hominibus spe-
sta-

et acula satisfactionum, quorum alia ridicula,
alia etiam turpia fuerunt. Denique non le-
ves furores fuerunt deliramenta in hoc ge-
nere. Ac ne ipsi quidem Architecti constitu-
tionum Tridentinarum ignorant, chaos sa-
tisfactionum fuisse & esse plenum mendacio-
rum, & ritus ipsos Vetustate extinctos esse,
& tantum inanem vocabuli umbram popu-
lo ostendunt, ne jaetaram faciant existima-
tionis, si fateantur errores. Deinde, ut prae-
textu aliquo vendere laxationes veterum cano-
num possint, quas nominant indulgentias.
Ut igitur decreta Synodi Tridentinae de Pae-
nitentia plena est horribilium corruptela-
rum: Sic indulgentiae sunt mera mendacia qua-
stus causa excogitata.

XIII.

De Romana Ecclesia.

Reijcienda est confusio Catholica & Ro-
manae Ecclesiae. Nam Pontificium agmen non
est Catholica Ecclesia, quia veritati manife-
sta adversatur, & pertinaciter defendit ido-
la, & adjuvat, aut confirmat parricidia in-
numerabilium animatum & plurimorum cor-
porum. Deinde Romana Ecclesia non est uni-
versi orbis Ecclesia, ut Hieronymus inquit:
orbis

orbis est maior urbe. Postremo decreta Romana Ecclesia non sunt universalis Ecclesie decreta.

XIIII.

De Obedientia debita Romano Pontifici.

Cum Papa defendat impiam doctrinam & impios cultus, & sevitiā exercent in membra Christi propter professionem vera doctrina, & reprehensionem idolorum, facta multa & necessaria causa sunt, quare p̄i non agnoscant eum, tanquam Episcopum, sed potius fugiant, & execrentur tanquam organum Diaboli à Deo damnatum, & rejectum hac voce: Si quis aliud Evangelium docet, sit anathema.

XV.

De Canonibus, Conciliis, & Synodo Tridentina.

Non potest de hoc Articulo responderi sine distinctione. Nam alij Canones sunt p̄i, ut Canon Synodi Laodicene supra citatus contra invocationem Angelorum. Et Canones Synodi Gangrensis contra superstitiones de Conjugio, de cibis, de Monachatu. Alij vero sunt

sunt impij, ut Canones pœnitentia, qui sunt
traditiones humanae extra Scripturam, & fu-
erunt semina multarum superstitiosarum o-
pinionum. Quare delectus habendus est, nec
temerè omnibus Canonibus applaudendum
est. Sic non omnes Synodi sine discrimine re-
yicienda sunt, sed teneatur praeceptum: Explo-
rate Spiritus, an ex Deo sint. Consideretur,
quae dicta Prophetica & Apostolica, & quae
testimonia purioris Ecclesiae Synodus secuta sit.
Si dissidet à scriptis Propheticis & Apostolicis
Synodi sententia, necesse est, eam reijci, ut
Paulus praecipit: Si Angelus è Caelo aliud E-
vangelium docebit, anathema sit. Sed cum
agnoscimus decretum alicujus Synodi cum te-
stimoniis Prophetica & Apostolica doctrina
sine Sophistica intellectu congruere, & esse ve-
terem & incorruptam Ecclesiae doctrinam, Ve-
ritati obtemperandum est, & pias mentes con-
fessio rectè sentientium confirmat. Sic dicit
Christus ad Apostolos Luca ultimo: Vos eritis
testes horum. Non vult eos nova dogmata gi-
gnere, sed testari de doctrina divinitus tra-
dita. Etsi autem ex superioribus intelligi po-
test, quid de Synodo Tridentina existiman-
dum sit: tamen quia hoc loco iterum fit men-
tio ejus Synodi, breviter summa conclusionis
repe-


repetenda videtur. Synodus Tridentina con-
didit decreta, quorum multa palam falsa
sunt, plurima verò flexiloga & Sophistica.
Cum igitur lector manifestos & perniciosos
errores in decretis illis cernit, sequatur regu-
lam: Si quis aliud Evangelium docet, ana-
thema sit.

FINIS.

Victorinus Strigelius, scri-
bebat Heidelbergæ. An-
no Christi 1568. jussu
Illustriss. Electoris Pal-
latini Friderici.



S. A. V.



S. AVGVSTINI
PERPETVA SENTEN-
TIA ET CONFESSIO
de Sacramentis in genere, &
de Cœna Domini.

Missæ

AD ILLUSTRISS. PRINCIPEM ac D. Dominum Albertum P. M. Marchionem Brandenburgicum, primũ Borussia Ducem &c. Judicium de presentibus hujus seculi controversiis expetentem.

A Victorino Strigelio, Lipsiæ tunc Professore publico.

i. De Discrimine Verbi, & Sacramentorum.

Tractatu XV. in Iohannem.

Quid est Baptismus?

Lavacrum aquæ in verbo. Tolle aquam, non est Baptismus. Tolle verbum, non est Baptismus.

Træ-

Tractatu LXXX. in Ioannem.
Detrahe verbum, & quid est aqua nisi
aqua? Accedit verbum ad Elementum, & fit
Sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile
le verbum.

Et paulò post.

Vnde ista tanta virtus aquae, ut corpus
tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non
quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso
verbo aliud est fontis transiens, aliud virtus
manens.

2. De Discrimine Sacramentorum & Miraculorum.

Libro III de Trinitate cap. 10.
Sacramenta tanquam religiosa honorem
possunt habere, stuporem tanquam mira non
possunt.

3. De Discrimine Sacramento- rum Veteris & Novi Testamenti.

De Fide ad Petrum Diaconum cap. 12.
In illis carnalibus victimis figuratio fuit
Carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse
sine peccato fuerat oblaturus, & Sanguinis,
quem erat effusus in Remissionem peccatorum
no.

nostrorum. In isto autem sacrificio, Gratiarum actio & commemoratio est carnis Christi, quã pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit. In illis ergo Sacrificiis quid nobis esset donandum, figuratè significabatur. In hoc autem sacrificio quid nobis jam donatum sit, evidenter ostenditur. In illis sacrificiis prænunciabatur Filius Dei pro impiis occidendus. In hoc autem pro impiis annunciaturoccisus.

Tractatu XXVI. in Iohannem.

Sacramenta illa fuerunt, in Signis diversa sunt, sed in re quæ significatur, paria sunt.

Tractatu XLV. in Iohannem.

In signis diversis eadem fides, sic in signis diversis, quomodo in verbis diversis, quia verba sonos mutant per tempora, & utiq; nihil aliud sunt verba, quàm signa. Significando enim verba sunt. Tolle significationem verbo, strepitus inanis est. Significata sunt ergo omnia. Nunquid non eadem credebant, per quos hæc signa ministrabantur, per quos, eadem quæ credimus, Prophetata prænunciabantur? Utiq; credebant, sed illi ventura esse, nos autem venisse.

Et paulò post.

Videte ergo, fide manente, signa varia-

ra. Ibi petra Christus, nobis Christus, quod in altari Dei ponitur, Et illi pro magno Sacramento ejusdem Christi biberunt aquam fluentem de petra, Nos quid bibamus, norunt fideles. Si speciem visibilem intendas, aliud est, si intelligibilem significationem, eundem potum Spiritualem biberunt.

Epistola V.

Alijs Sacramentis prænunciari Christum, cum venturus esset, alijs cum venisset, annunciari oportuit.

Epistola L VII.

Non audemus fideles hujus temporis, præferre amicis Dei, per quos nobis ista Prophetata sunt.

De forma prædicationis usitata in Sacramentis :

Libro III. de doctrina Christiana cap. 16.

Si præceptiva locutio est, aut flagitium aut facinus vetans, aut utilitatem, aut beneficentiam jubens, non est figurata.

Si autem flagitium, aut facinus videtur jubere, aut utilitatem, aut beneficentiam vetare, figurata est.

Nisi manducaveritis, inquit, Carnem
Filij

Fili hominis & Sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur jubere.

Figura est igitur, precipiens Passioni Domini esse communicandum, & suaviter atq; utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata sit.

Psalmo III.

Dominus Judam adhibuit in convivium, in quo Corporis & Sanguinis sui figuram Discipulis commendavit & tradidit.

In libro contra Adimantum cap. 12.

Possum etiam interpretarii preceptum illud in signo esse positum. Non enim Dominus dubitavit dicere: Hoc est Corpus meum, cum signum daret Corporis sui.

Et in fine capitis.

Non ait Apostolus, Petra significabat Christum, sed ait, Petra erat Christus: quaerens, ne carnaliter acciperetur, Spiritualem illam vocat, id est, eam Spiritualiter intelligi docet.

Libro III. Contra Maximinum
cap. 22.

Hec enim Sacramenta sunt, in quibus non quid sint, sed quid ostendant, semper attenditur, quoniam signa sunt rerum, aliud existentia & aliud significantia. N 2 Li.

Libro III. in Leviticum.

Solet res quæ significat, ejus rei nomine quam significat, nuncupari, sicut scriptum est, Septem spica, septem anni sunt. Non enim dixit: Septem annos significant. Hinc est, quod dictum est: Petra erat Christus. Non enim dixit: Petra significat Christum, sed tanquam hoc esset, quod utiq; per Substantiam non hoc erat, sed per significationem. Sic & Sanguis, quia animam significat, in Sacramentis anima dictus est.

Tractatu LXVII. in Iohannem.

Non dictum est: Petra significabat Christum, Sed petra erat Christus. Ita enim solet scriptura loqui, ut res significantes tanquam illas, quæ significantur, appellet.

Epistola CII.

Nec moveat quod aliquando res quæ significat nomen ejus rei, quam significat, accipit. Sic enim & Petra Christus, quia significat Christum.

Epistola XXIII.

Si Sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum Sacramenta sunt, non haberent, omnino Sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine, plerunq; etiam ipsarum rerum nomina accipiunt.

*Sicut ergo secundum quendam modum,
Sacramentum Corporis Christi, Corpus Christi
est, Sacramentum Sanguinis Christi Sanguis
Christi est: Ita Sacramentum fidei, fides est.*

Et paulò pòst.

*Sicut de ipso Baptismo Apostolus, Confe-
pulti, inquit, sumus Christo per Baptismum,
in mortem. Non ait, sepulturam significamus,
sed prorsus ait, Consepulti sumus: Sacra-
mentum ergo tantæ rei, non nisi eiusdem rei
vocabulo nuncupavit.*

De manducatione Christi.

Tractatu XI. in Iohannem.

*Cum dixisset: Nisi quis manducaverit
carnem meam, id ne carnaliter intelligerent,
Spiritus est, inquit, qui vivificat.*

Tractatu XIII. in Iohannem.

*Sed quia diximus manducare angelos, fra-
tres, ne putetis morsibus fieri. Nam si hoc in-
tellexeritis, quasi dilaniatur Deus, quem man-
ducant Angeli.*

Tractatu XXVI. in Iohannem.

*Hoc est manducare illam escam, & illum
bibere potum, in Christo manere, & illum in
se manentem habere.*

Et paulò pòst:

Si quis manducaverit ex ipso, non morietur in aeternum. Hoc pertinet ad virtutem Sacramenti, non ad visibile Sacramentum. Qui manducat intus, non foris. Qui manducat corde, non qui premit dente.

Psalmo 98.

Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc Corpus quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum Sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi, Spiritualiter intellectum vivificabit vos. Et si necesse sit illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi.

Sermone II. de verbis Apostoli.

Putastis, quia de hoc Corpore quod videtis, partes facturus sum, & membra mea concisurus, & vobis daturus. Illud manducare refici est, illud bibere quid est nisi vivere? Tunc autem Corpus & Sanguis Christi erit vita unicuique, si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate Spiritualiter manducetur & bibatur.

De Manducatione Indignorum.

Libro 21. de Civitate Dei cap. 25. Non

Non dicendum est eum manducare Corpus Christi, qui in Corpore non est Christi.

Item:

Nec isti ergo dicendi sunt, manducare Corpus Christi, quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Ut enim alia taceam, non possunt simul esse & membra Christi, & membra meretricis. Denique ipse dicens: Qui manducat Carnem meam & bibit Sanguinem meum in me manet, & ego in eo, ostendit quid sit non Sacramento tenus, sed revera Corpus Christi manducare & ejus Sanguinem bibere. Hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus. Sic enim hoc dixit tanquam diceret: Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, non se dicat aut existimet, manducare Corpus meum, aut bibere Sanguinem meum.

Non itaque manent in Christo, qui non sunt membra ejus, Non sunt autem membra Christi, qui se faciunt membra meretricis: nisi malum illud poenitendo esse destiterint, & ad hoc bonum reconciliatione redierint.

Tractatu XXVI. iu Iohannem.

Sacramentum de mensa Dominica sumitur quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium. Res verò ipsa, cujus Sacramentum est,

omni homini ad vitam, nulli ad exitium. qui-
cunq; ejus particeps fuerit.

Tractatu LIX. in Iohannem.
Illi manducabant Panem Dominum: In-
das Panem Domini, contra Dominum: illi vi-
tam, ille pœnam.

Prosper sententia 339. ex Augustino.

Escam vitæ accipit, & poculum vitæ bi-
bit, qui in Christo manet, & cujus Christus ha-
bitator est. Nam qui discordat à Christo, nec
Panem ejus manducat, nec Sanguinem bibit,
etiãsi tanta rei Sacramentum ad iudicium
sue presumptionis quotidie accipiat.

De Ascensione Christi in caelum.

Tractatu XIII. in Iohannem.

Peregrè profectus est accipere regnum suum,
sicut dicit ipse in Evangelio, & tamen præ-
sens est Maiestate.

Tractatu L. in Iohannem.

Secundum Maiestatem suam, Secundum
providentiam, secundum ineffabilem & in-
visibilem gratiam impletur, quod ab eo di-
ctum est: Ecce ego vobiscum sum omnibus
diebus usq; ad consummationem seculi, Secun-
dum Carnem verò, quam verbum assumpsit,
se-

secundum id quod de virgine natus est, secundum id quod à Iudeis prehensus est, quod ligno confixus, quod de cruce depositus, quod lintheis involutus, quod in Sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, non semper habebitis vobiscum. Quare? Quia conversatus est secundum Corporis presentiam 40. diebus cum Discipulis suis, & eis deducantibus videndo, non sequendo, ascendit in Cælum, & non est hic. Ibi est enim, sedet ad dexteram Patris, & hic est. Non enim recessit presentia Maiestatis.

Tractatu CVI. in Iohannem

Nunc autem ad te venio. Unde manifestum est, eum de Corporali sua dixisse presentia, cum essem cum eis, ego servabam eos, veluti jam cum eis ea presentia non esset. Eo modo enim significare voluit, ascensionem suam mox futuram, de qua dixit: Nunc autem ad te venio, iturus utiq; ad dextram Patris, unde venturus est ad vivos & mortuos iudicandos. Presentia itidem Corporali, secundum fidei regulam, sanamq; doctrinam. Nam presentia Spirituali cum eis erat utiq; futurus post ascensionem suam, & cum tota Ecclesia sua in hoc mundo, usq; ad consummationem seculi. Non itaq; rectè intelliguntur, de qui-

bus dixerit: Cum essem cum eis servabam illos, nisi hi, quos credentes in se servare jam ceperat presentia Corporali, & quos relicturus fuerat absentia Corporali, ut eos cum Patre servaret presentia Spirituali.

Tractatu CVII. in Iohannem.

Commendat ergo eos Patri, quos Corporali absentia relicturus est, dicens: Patet Sancte.

Item:

Et quando ab eis abstulit Filius presentiam Corporalem, tenuit cum Patre custodiam Spiritualem.

Psalmo 46.

Tollitur quidem Corpus ab oculis vestris, sed non separatur Deus à cordibus vestris: videte ascendentem, credite in absentem: sperate venientem, sed tamen per misericordiam occultam etiam sentite presentem. Ille enim qui ascendit in Cælum, ut tolleretur ab oculis vestris, promisit vobis dicens. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Merito & Apostolus sic nos alloquebatur, Dominus propè est. Non sitis solliciti. Sed & super Cælos Christus, & longè sunt cæli, & ipse qui ibi sedet, propè est.

De

De proprietatibus duarum naturarum in Christo.

Epistola ad Dardanum LVII.

Neg^s enim ipso die in Cælo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem.

Et paulò pòst.

Est autem sensus multò expeditior, & ab his omnibus ambiguitatibus liber, si non secundum id quod homo erat, sed secundum id quod Deus erat, dixisse accipiatur: Hodie mecum eris in Paradiso. Homo quippe Christus illo die secundum Carnem in Sepulchro, secundum animam in inferno futurus erat. Deus verò idem ipse Christus ubiq^s semper est.

In eadem.

Secundum hominem namq^s in terra erat, non in Cælo, ubi nunc est, quando dicebat: Nemo ascendit in Cælum, nisi qui de cælo descendit, Filius hominis, qui est in Cælo, quamvis secundum id, quod Filius Dei erat, esset in Cælo, secundum id verò, quod Filius hominis erat, ad huc esset in terra, nondumq^s ascendisset in Cælum.

Item.

Noli

Noli itaq³ dubitare, ibi nunc esse homi-
nem Christum Iesum, unde venturus est, me-
moriterq³ recole, & fideliter tene Christianam
Confessionem, quoniam resurrexit à mortuis,
ascendit in Cælum, sedet ad dexteram Patris,
nec aliunde quàm inde venturus est ad vivos
mortuosq³ judicandos. Et sic venturus est, illa
angelica voce testante, quemadmodum ire vi-
sus est in cælum, id est, in eadem Carnis for-
ma, atq³ substantia, cui profectò immortalita-
tem dedit, naturam non abstulit. Secundum
hanc formam non est putandus ubiq³ diffusus.
Cavendum est enim, ne ita divinitatem a-
struamus hominis, ut veritatem Corporis au-
feramus. Non est autem consequens, ut quod
in Deo est, ita sit ubiq³ ut Deus. Nam & de
nobis veracissima scriptura dicit, quod in illo
vivimus movemur & sumus. Nec tamen ut
ille ubiq³ sumus, sed aliter homo in Deo, quoni-
am & aliter Deus ille in homine, proprio quo-
dam & singulari modo. Vna enim persona
Deus & homo est, & utrumq³ est unus Chri-
stus Iesus, ubiq³ per id quos Deus est, in cælo
autem per id quod homo.

In eadem.

Christum autem Dominum nostrum uni-
genitum Dei Filium aequalem Patri, eundem
homi-

hominis Filium, quo maior est Pater, & ubiq;
totum presentem esse non dubites tanquam
Deum, & in eodem templo Dei esse tanquam
in habitantem Deum, & in loco aliquo Cæli
propter veri Corporis modum. Nam spacia lo-
corum tolle Corporibus, nusquam erunt, &
quia nusquam erunt, nec erunt.

Tractatu L. in Iohannem.

Quomodo in cælum manum mittam, ut
ibi sedentem teneam? Fidem mitte & tenui-
sti, parentes tui tenuerunt Carne, tu tene
corde, quoniam Christus absens etiam presens
est. Nisi presens esset, à nobis ipsis teneri non
posset: Sed quoniam verum est quod ait: Ecce
ego vobiscum sum usq; ad consummationem
seculi, & abiit, & hic est, & rediit, & nos non
deseruit. Corpus enim suum intulit cælo, maie-
statem non abstulit mundo.

In eodem.

Secundum presentiam Maiestatis semper
habemus Christum, secundum presentiam
Carnis, Paucis diebus illum habuit Ecclesia,
modo fide tenet, oculis non videt.

Tractatu CII. in Iohannem.

Exiit à Patre, quia de Patre est, & in
mundum venit, quia mundo suum Corpus o-
stendit, quod de virgine assumpsit. Reliquit

Mun-

Mundum Corporali discessione, perrexit ad
Patrem hominis ascensione, nec mundum de-
seruit presentia gubernatione.

Psalmo 26.

Ecce quale pignus habemus, unde & non
fide & spe, & charitate cum capite nostro su-
mus in caelo in aeternum, quia & ipsum divi-
nitate & bonitate & unitate nobiscum est in
terra, usq; ad consummationem seculi.

Qualis sit Iustitia piorum in hac vita.

Libro XIX. de Civitate Dei. cap. 27.

Iustitia nostra quamvis vera sit, propter
veri boni finem, ad quem refertur: tamen
tanta est in hac vita, ut potius peccatorum re-
missione constet, quam perfectione virtutum.

Testis est oratio totius civitatis Dei, qua
peregrinatur in terris. Per omnia quippe mem-
bra sua clamat ad Deum: Dimitte nobis debi-
ta nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris.

De reliquijs peccati in Sanctis.

Per hanc Precationem: Dimitte nobis
debita nostra, voluit nobis Salvator ostende-
re,

re, quantumlibet justè in hujus vita caligine atq; infirmitate vivamus, non nobis deesse peccata, pro quibus dimittendis debeamus orare, & eis, qui in nos peccant, ut & nobis ignoscatur, ignoscere.

Libro de Ecclesiasticis dogmatibus

cap. 37.

Sancti seridè & in sua persona orant: Dimitte nobis debita nostra: Anathema sit contra sentiens & fictionem hac in parte Sanctis tribuens.

Tractatu LVIII. in Iohannem.

Propter humanos, quibus in terra versamur, affectus, quantumlibet profecerimus in apprehensione justitie, sciamus nos sine peccato non esse, quod subinde abluit interpellando pro nobis cum oramus Patrem, qui in cælis est, ut debita nostra dimittat nobis.

Tractatu LXXXIII. in Iohannem.

Dicere se sine peccato esse, justum non potest exhibere, sed fingere. Vnus est enim solus, qui & carnem hominis habere, & peccatum potuit non habere.

Contra dubitationem Psal. 88.

In æternum regnabit Christus in Sanctis suis: Hoc promisit Deus, hoc dixit Deus, si patrum est, hoc juravit Deus. Quia ergo non se-

cur-

cundum merita nostra, sed secundum illius
misericordiam firmā est promissio, nemo debet
cum trepidatione predicare, de quo non potest
dubitare.

Contra Desperationem. Psal. 5.

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui u-
nico Filio suo non pepercit, sed pro nobis omni-
bus tradidit illum. Si enim adhuc cum inimici
essemus Christus pro nobis mortuus est: multo
magis reconciliati salvi erimus ab ira per ip-
sum. Hoc est invictissimū scutū, quo repellat
inimicus, desperationē salutis suggerens. mul-
titudine tribulationum & tentationum.

De calamitatibus senescentis
Mundi.

Psalmo 39.

Quantum accedunt dies, augentur tri-
bulationes: Nemo sibi promittat, quod Evan-
gelium non promittit: Non nobis promittunt
scriptura nostra in hoc seculo, nisi tribulatio-
nes, pressuras, angustias, augmenta dolorum,
abundantiam tentationum. Ad ista nos pre-
cipue paremus, ne imparati deficiamus.

De Triplici persecutione
Ecclesie Psal. 9.

Prima

Prima persecutio Ecclesia violenta fuit cum proscriptionibus, tormentis, cadibus, Christiani ad sacrificandum cogerentur. Altera, persecutio fraudulenta est, qua per hereticos & falsos fratres nunc agitur.

Tertia superest per Antichristum ventura, quam nihil est periculosius, quoniam & violenta & fraudulenta erit. Vim habebit in imperio, dolum in miraculis.

De triplici obligatione Dei erga Ecclesiam, Psal: 109.

I. Fidelis Deus se nostrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo.

II. Parum erat promissio, etiam scripto teneri se voluit, velut faciens nobiscum chirographum promissorum suorum.

III. Non solum autem scripturam cum hominibus fecit, ut crederent, sed etiam fidei suae posuit mediatorē unicum filium suum.

Bona res quies, sed non quaerenda in hac vita.

Psal: 48.

Omnis homo requiem quarit, bonam rem
 O quarit,

quaritur, sed non in regione sua illam quaritur.
Non est pax in hac vita. In caelo nobis promissum est, quod in terra quarimus. In futuro seculo promissum est, quod in isto seculo quarimus.

Christiani sunt formice.

Psal: 66.

Loquor tibi in aestate, grana, quae colligas, non desunt. Attende ad formicam, o piger, collige aestate cum potes, hyems te colligere non sinet, sed manducare sinet, quod collegeris. Quam multi enim tribulationem ita patiuntur, ut non eis vacet, nec legere aliquid, nec audire aliquid, nec forte admittuntur ad eos, qui eos consolentur.

De Humilitate.

Tractatu 25. in Ioannem.

Quid superbis homo? Filius Dei propter te humilis factus est: Puderet te fortasse imitari humilem hominem, saltem imitare humilem Deum: Venit filius Dei in homine, & humilis factus est. Ille Deus factus est homo: Tu homo cognosce, quia es homo, Tota humilitas tua est, ut cognoscas te.

Iohanna:

Iohann: 14.

Ego sum via, veritas & vita.

Augustinus Tract: 22. in Ioan.

Falli non vis? Ego sum veritas.

Mori non vis: Ego sum vita

(Errare non vis: Ego sum via,)

Non est quò eas, nisi ad me

Non est quà eas, nisi per me.

Quod crux non sit signum iræ
sed gratiæ.

Psal: 98.

illi Deus irascitur, quem peccantem non
flagellat: Nam cui verè propitiùs est, non
solum donat peccata, ne noceant ad futurum
seculum, sed etiam castigat, ne semper pecca-
re delectet.

In eodem.

Et cum blandiris, pater es, & cum cedis,
Pater es. Ideò blandiris ne deficiam, ideò
cedis ne peream.

Consolatio in Cruce ab exemplo
filij Dei Psal: 88.

Peccator filius dedignatur flagellari, cum
sine peccato videat unicum flagellatum.

Pfal: 98.

*Amarum poculum prior medicus bibit,
ne bibere timeret agrotus.*

De modo exauditionis Divina.

Pfal: 22.

*Intelligat homo medicum esse Deum, &
tribulationem medicamentum esse ad salu-
tem, non poenam ad damnationem. Sub me-
dicamento positus ureris, secaris, clamas:
Non audit medicus ad voluntatem, sed au-
dit ad sanitatem.*

Prosper ex Augustino.

*Fideliter supplicans Deo pro necessitati-
bus huius vite, & misericorditer auditur
& misericorditer non auditur. Quid enim
infirmo sit utile, magis novit medicus, quam
agrotus.*

Tract. 102. in Ioannem.

*Credens accipit quod petit, si non contra
suam salutem sempiternam petit. Accipit
autem quando debet accipere. Quedam
enim non negantur, sed ut congruo dentur
tempore, differuntur.*

*Contra hypocrisin docentium &
discentium. Psal: 66.*

Prædi.

*Pradicare veritatem nihil est, si cor à
lingua dissentiat. Audire veritatem nihil
est, si non auditionem fructus sequatur.*

Prosper ex Augustino.

*Benè loqui & malè vivere, nihil aliud
est, quàm sua se voce damnare.*

*Historia populi Israël vagantis
in deserto imago Ecclesie om-
nium temporum.*

Pfal: 72.

*Quicquid in Eremito passus est populus
ille, & quicquid eis Deus largitus est, qua-
cumq; illa flagella fuerunt, quaecumq; dona, si-
gnificationes sunt rerum, quae in hac solitu-
dine huius vitae ambulantes, in Christo qua-
rentes patriam, & accipimus ad consolatio-
nem, & patimur ad probationem.*

Ioannis 16.

*Spiritus sanctus arguet mundum de pec-
cato, de iustitia, & de iudicio. De peccato,
quia non credunt in me. De iustitia, quia
ego vado ad patrem. De iudicio: quia prin-
ceps Mundi iudicatus est.*

Tractat; 95. in Ioannem.

O 3

Credant

Credant homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suae: quo peccata omnia detinetur. Transeant in numerum fidelium, ne arguantur de iustitia eorum, quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe damnentur. Etenim ne sibi existimet parci superbia dura mortalium, de superborum tenenda est supplicio angelorum.

1. Petri 5.

Aduersarius vester sicut Leo rugiens obambulat, quarens quem deuoret.

Sermone 174. de Tempore.

Quis non incurreret in dentes Leonis huius, nisi vicisset Leo de tribu Iuda, ut Apocalypsis 5. scribitur?

1. Ioan: 2.

Filioli mei haec scribo vobis, ut non peccetis. Siquis autem peccauerit, ad vocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec verò pro nostris tantum, sed etiam pro totius Mundi.

Tractatu

Tractatu 52. in Ioan.

Sicut pugnantis dicitur: Hec scribo vobis, ut non peccetis: Ita qui vulnerantur, quod sequitur audiant. Si quis peccaverit, &c.

De Miraculis.

Tractatu 24. in Ioan.

Miracula assiduitate vilescunt. Maius miraculum est gubernatio totius Mundi, quam saturatio quing, millium hominum de quing, panibus, & tamen illud nemo miratur. Hoc mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est.

Matth. 23.

*Loties volui vos congregare, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & nolui-
stis.*

Pfal: 88.

Non aberremus ab alis eius, ne accipiter rapiat implumes adhuc pullos. Non enim de se debet Christianus sperare: si vult esse firmus, vapore materno nutriatur.

Luce: 15.

*Qua mulier habens drachmas
decem, &c.*

Tractatu 40. in Ioan.

Moneta Dei sumus, nummus à thesauro aberrauimus. Errore detritum est, quod in nobis fuerat impressum: Venit qui reformet, quia ipse formauerat. Querit & ipse nummum suum, &c.

Ioannis 6.

Omnis qui audit à patre & discit, venit ad me, &c.

Tractatu 20. in Ioan.

Videte quomodo trahat pater, docendo delectat, non necessitatem imponendo. Discite trahi ad filium à patre, doceat te pater, audi verbum eius.

Tract. 27. in Ioan.

Qui resistit, non credit. Nam qui resistit, quomodo vivificatur? Aduersarius est radius lucis, quo penetrandus est, non aduertit aciem, sed claudit mentem.

Ioan: 14.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus.

Tractatu 76. in Ioan:

DEVS

*DEVS Trinitas, Pater, & Filius & Spi-
ritus S. veniunt ad nos, dum venimus ad
eos:*

Veniunt subveniendo,

Venimus obediendo,

Veniunt illuminando,

Venimus intuendo,

Veniunt implendo,

Venimus capiendo.

*Quare permittat DEVS con-
fusiones opinionum, cultu-
um & Morum.*

Tract. 97. in Ioan.

*DEVS sinit tam tetra in opinionibus,
cultibus & moribus accidere, ut eius ubiq;
sint tremenda iudicia, & in comparatione
impure nequitia, dulcescat purissima disci-
plina, atq; illi det honorem, timorem autem
vel pudorem sibi, qui in hac mala vel illo re-
gente non cecidit, vel illo inde leuante sur-
rexit.*

Tractatu 36. in Ioan.

*Multi heretici abundant, & ad hoc eos
Deus abundare permisit, ne semper lacte
O 5 nutria-*

nutriamur, & in bruta infantia remaneamus.

Pfal: 67.

Multi sensus sacrarum scripturarum latent, & paucis intelligentioribus noti sunt, necasseruntur commodius, nisi cum respondendi hereticis cura compellit. Tunc enim etiam qui negligunt studia doctrine, somno discusso, ad audiendi excitantur diligentiam, ut aduersarij refellantur.

Consolatio ab incoatione beneficij ad eius perfectionem.

Pfal: 109.

Nemo dicat, non posse impleri quod ceptum est. Quid sinem cepti desperas? Omnipotens ceptum, Omnipotens promisit se implendum esse quod cepit.

Lazarus imago Ecclesie.

Pfal: 69.

Lazarus, id est, adiutus, gerit typum Ecclesie Dei, qua semper confiteri debet adiutorio sibi opus esse.

Exemplum Latronis emendati Lucæ: 23.

Augusti: Psal: 38.

Quis

Quis desperet, si in Cruce latro saluatus
est?

Pfal: 68.

A latrone Apostoli victi sunt, qui tunc
credidit, quando illi defecerunt.

Exemplum Humilitatis in Filio D & I.

Pfal: 118.

Jam tandem erubescat homo esse super-
bus, propter quem factus est humilis Deus.

Precatio pro necessitate Cor- porali.


Psal. 85.

Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus
huius vitæ & misericorditer auditur, & mi-
sericorditer non auditur. Quid enim infir-
mo sit utile, magis nouit medicus, quàm æ-
grotus.

De controuersijs horum temporum.

Tract. 5. in Ioan.

Antequam bene ista questio tractare-
tur, in Ecclesia Catholica, multi in ea erraue-
runt & magni, & boni-



ΑΝΘΟΛΟΓΙΑ
EX EPISTOLIS
PATRVM

Id est

*Sententia Insigniores Collecta
à Victorino, Strigelio.*

Gregorius Nazianzenus in
Epistolis.

Epist. 1.

Τὸς ἀσπύλαι κύκνοι, ὁταν κολοιαὶ σιωπήσωσιν
*Tunc canent cygni, quando graculis
tacebunt.*

Τοῖς πράγμασι κρίνω τὸ μῆκος, ἀλλ' οὐ τῆς
γράμμασιν.
*Ex rebus aestimo magnitudinem, non ex
sermone literarum.*

ἢ μείζων χάρις, τοῖς ἅξις τῆς εὐεργεσίας.
*Maiorem gratiam meretur celerit ab
benefaciendi. Bis dat qui cito dat.*

Εὐεργ.

Ἐκούσιον λυπηρὸν, ἢ ἀκασί τέρπυα πρῶτον.
*Voluntarium, quamvis cum offensione
conjunctum, tamen anteferendum est
involuntaria delectationi.*

Πολλὰ εὐζαοῦ μὲν ῥάσιον, λαβὴν δ' ἔ ῥάδιον.
*Optare quidem multa facile est, sed ea-
dem obtinere difficile.*

Πολλὰ ὡσπερ σίδηρος πυρὶ ἰῶ χρόνῳ μαλάσ-
σειαι. *Multa temporis diuturnitas
mollit, sicut ferrum igne mollitur.*

Ἐ γὰρ ἐν ἤχῳ μάλλον, ἢ διανοία κείται ἡ ἀλή-
θεια. *Non in sono consistit veritas, sed
multo magis in sententia.*

Ουδείς ὑφέξει γλώσσης ἀυτονομίαν. *Nemo co-
hibere potest lingua libertatem.*

Μηδὲν ἢ θεῶν δέι ποιεῖσθαι πρότιμότερον. *Nihil
Deo anteferendum est.*

Ἐπερ ὕδατος δέεται θάλασσα, κὶ σὺ ἢ συμβῶς:
λεύσαντι. *Si mari opus erit aqua, tu
indigebis consilio.*

Κιδέλων κὶ δεσποῶν ὁ αὐτὸς πατὴρ κὶ θεὸς κὶ
ἐλαίς ἀξιάις το δίκαιον διορίζεται.
*Et servorum & Dominorum idem est
pater & Deus, nec gradibus dignitatum
iusticia Dei accommodatur.*

^{29.}
Πλεύς ἐν τῇ νυκτὶ, πυρσὸς ἕδαμῶ, *Navigatio
est nocturna, nec cernitur fax nautica,
cursum dirigens.*

^{25.}
Δύο τάυτα εἶδε φιλοσοφία, ἐλαξίαν τε δια-
θέσθ μετρίως, κὶ συμφορὰν εὐχρημόως.
*Hæc duo efficit Philosophia. In rebus se-
cundis moderationem, & in adversis
patientie decus.*

^{37.}
Ὅου γὰρ ἐαυτῶ ζῆ τις μόνον, ἀλλὰ κὶ τῶ πλη-
σίον. *Non vivimus nobis tantum, sed
etiam proximo.*

^{42.}
Μόνῳ ἀσφάλειαν εὐχῆς τῶ ἡσυχίαν ἐνόμε-
σα. *In sola precatatione certo cōquiescimus.*

^{44.}
Οὐδεὶ τῶ ἀπλοῦα τραγικῶς, πανηγυρίζῃ κο-
μικῶς *Non decet agentem Tragicæ, uti
Oratione Comica.*

Ἐὶ τὰ μικρὰ, μεγάλα τοῖς πένησιν. *Etiam
parua, pauperibus magna sunt.*

^{49.}
Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπταίξιν, τοῖς ἀνε-
ητοῖς μόνοις ἢ παροιμία δίδωσιν
*Bis ad eundem vulgari reprehenditur
prouerbio Cic. 10. Epist. fam.*

^{50.}
Κρείττων ἀσφαλείας κίνδυνος, κὶ συμφορὰ
εὐημερίας ἀρετοτέρα. *Melius est securi-
tate periculum, & calamitas tranquilli-
tati anteferenda est.*

^{52.}
Ἀφραῖς μάλλον δεῖ πιστεύειν, κὶ γράμμασι
τοῖς κατ' ὕδαλιν, ἢ ἀνθρώπων εὐημερία.
*Aura potius confidendum est & literis,
quae in aqua exarantur, quam humana
felicitati.*

^{52.}
Ἄφραμα γεγονόταμεν, οἱ ποτὲ νομιμαθέντες ἐνδαι-
μονες. *Fabula facti sumus, qui aliquando
felices existimabamur.*

^{53.}
Σκιὰ ὀμιλίας τὰ γράμματα. *Umbra colloquij
sermo literarum.*

^{56.}
Θαλακρὸς ὢν κατὰ κριῖν νυσαῖδος ἀντιπρόσω-
πον. *Caluus cum sis, frontem aricti op-
ponis.*

Μη

Μὴ ἀνάσχη ἀριστεύειν ἐν κολοιοῖς, ἄετος εἶναι
διώμεν. *Noli antecellentiam inter
monedulas appetere, cum possis esse a
quila.*

^{57.}
Θεὸν ἀντὶ πάντων ἔχον ἐλώμεθα. Το μόνον δια-
κὲς ἀγαθὸν κὶ ἡμέτερον. *Deum omnibus
rebus antepone. Quia solus est bonus
perfectum & proprie nostrum.*

^{58.}
Τὸ σῶμα οὐκ ἴσεται ἢ νέσω κάμνον ἢ χροῖον
Corpus aut morbo aut senectute frangitur.

^{58.}
Αποπον ἐστὶ ἡμᾶς ἔξω μὲν κινδύνων φιλοσο-
φεῖν, ἐν δε ταῖς χρείαις ἀφιλοσόφως φαι-
νεῖσθαι. *Absurdum est nos extra pericu-
la philosophari, & quoties usus postu-
lat, videri rudes atq; ignaros Philo-
phia.*

^{59.}
Ναυτίλον φασὶν ἰχθυω συσαλκῦσαι, ὅταν χε-
ρῶν αἰσθάνηται. *Nautilum aiunt
piscem solere trahi, quoties sentit tem-
pestatem.*

^{60.}
Θεὸς κὶ τῶ ἐκτος καὶ αἶρξ τὸν ἐντός ἀνθρώπων
κὶ διὰ τῶν ἐναντίων διεξάγξ ἡμᾶς πρὸς τὸ
μακάριον τέλος. *Deus & per exteriora
rem*

rem hominem purgat interiorem, & per
contraria deducit nos ad finem perbeatum.

60.

Κρείττων εὐημερίας ἀχαλινώτης, νόσος φιλόσο-
φου. Melior est effrenata sanitas, mor-
bus Philosophicus.

61.

Ῥᾶν ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις, ἢ τοῖς οἰκείοις φιλοσο-
φῆν. Facilius est in alienis quam in propri-
is Philosophari.

61.

Ἰατρικῆς ἔστι τῷ σώματι τῆν ὑγείαν φυλάσ-
σειν ἢ ἐπανάγειν. Artis Medicæ officium est
Corpori conservare valetudinem aut re-
stituere.

63.

Δεῖ εὐχαρισεῖν ὡς περ ἐν τοῖς εὐθύμοις, οὕτω δὲ
καὶ τοῖς ἀλγείνοις. Gratia agenda sunt
non solum in rebus secundis, sed etiam in
adversis.

65.

Ἀρίστη ἀρχὴ ἀρχῆς, φόβω μᾶλλον ἢ ἔργῳ κα-
λάζειν τοὺς κακούς. Optima ratio guber-
nandi est, metu potius, quam exactiōne
pæne coercere impios

67.

Ὅς χεῖρα πιεζομένοις, ἵνα καὶ αὐτὸς τῆς ἐκ Θεοῦ
P τύχης,

τύχης, καὶ ζῶν ταύτης ὡς ἄνθρωπος. *Porri-
ge manum oppressis, ut & tu cum sis ho-
mo, auxilium Dei consequaris.*

75.
Οὐ γὰρ εἰς τέλος ἐγκαταλείψει ἡμᾶς ὁ Θεός·
οὐδὲ περιόψεται τὸν ὄρθον λόγον δειδιωγ-
μένον. *Non deseret nos Deus perpetuo,
nec negliget veram doctrinā, quam multi
persequuntur.*

76.
Ἀπραγμων ἡσυχία, τῆς ἐν πράγματι περιφρα-
νείας τιμιωτέρα. *Honestum ocium, longē
præstat celebritati, quæ actionibus comparatur,*

77.
Συνοσις καὶ ἀνδρεία, τῶ ἀρχιῶγασι, ἢ μὲν ἐν-
ρίκισσα τὸ πρακτεόν, ἢ δὲ ραδίως ἐπιτελεῖσα
τὸ εὐρεθῆν. *Prudentia & fortitudo sunt
precipua adminicula gubernationis. Ut
enim illa consulit, quid agendum sit: ita
hæc faciliè consilia inventa exequitur.*

80.
Πρὸς αἰώνιον βίον, μόνον ὄραν ἀσφαλές, καὶ εἰς
αὐτὸν πάσας τίνων ἡμῶν τὰς ἐλπίδας. *Ni-
hil tutius est quàm ad vitam æternam a-
nimo & cogitatione conuersum esse, ad
eamq; omnes nostras spes referre.* Basilica

Basilus in Epistolis.

Vita calebs.

Τὸν μὲν οὐπω τοῖς δέσμοις τῆ γάμου συνεζευγ-
μένον, λησώδης ἐπιθυμία καὶ ὄρμαι δυσκα-
ταστατοί, καὶ ἔρωτες τινες δυσέρωτες ἐκτα-
ράσασσι. *Qui nondum est vinculis coniu-
gy astrictus, is sentit in pectore, in ordi-
natas flammās, quae difficulter opprimi,
atq; extingui possunt.*

Mens capax caelestis Doctrinae.

Ὁ δὲ διωκτὸν ψυχῇ δόγματα θεῖα παραδέσθαι, μὴ
τὰς ἐκ τῆ ἔθους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα.
*Fieri non potest, ut doctrina divinitus
tradita radices agat in anima, nisi ante-
cepta & longa consuetudine Confirmata
opinionēs prius tollantur.*

Regula studiorum.

Ἐρωτῶν μὲν ἀφιλονεκῶς, ἀποκρίνεσθαι δὲ ἀφι-
λοτίμως, μαθήσασθαι δὲ ἀνεπιμαχῆντως, καὶ δι-
δάσκων ἀνεπιφθόνως. *Interroga sine con-
tentionis cupiditate, Responde sine morosi-
tate & fastidio. Discere sine rubore & ve-
recundia. Doce sine invidia.*

Ingenia confesio per quem profeceris.

Ἐπιπαρῶς ἑτέρων ἐδιδασκῶν, μὴ ἐπικρύπτῶν, ἀλ-

λὰ κρησσειν ευγνωμόνως τὸν πατέρα τῶ
λόγου. *Si quid ab alio didicisti, ne utaris
occultatione, sed cum benevolentia pre-
dica patrem doctrina.*

Vox media inter gravem & acutam.
Τὸν Θ' δὲ Φωνῆς ὀμέσθ' προσημιτέθ'. *Me-
diocris contentio vocis laude digna est.*

Regula de usu sermonis.
Προξέτασάντω δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ ρηθισόμενον, ἕτα
δημοσιεύειν τὸν λόγον. *Nō est sermo pronun-
ciandus, nisi precedente deliberatione.*

Necessitas Confessionis.
Κίνδυνος προδοσίας, ἐν τῷ μὴ προχείρως ἀπο-
διδόναι τὰς περὶ Θεῶν ἀποκρίσεις τοῖς ἀγα-
πῶσι τὸν κύριον. *Prodit veritatem, qui
non expeditè respondet de rebus divinis,
diligentibus Dominum.*

Fastus insolens.
Θεραπεύόμενα τὰ ὑπερήφανα ἢ ἐαυτῶν ἢ
περοπτικώτερα γίνονται πένε. *Superba
nature quāto magis demulcentur, tanto
insolentiores fieri solent.*

Spes.
Ἐλπίδες ἐστὶ γρηγορήσαντων ἐνόπνια. *Spes sunt
vigilantium somnia.*

Tribulatio efficit patientiam.

Καιρῶν καταστροφὴ παιδεύει ἡμᾶς μὴ πρὸς μη-
δὲν δυσκολαίνειν. *Temporum mutatio docet
nos, ne vlla re valde perturbemur.*

Opt. apologia.

Διὰ τῶν ἔργων ἀποδείξις τὰς συκοφαντίας ἐ-
λέγχει. *Optima apologia est opponere ca-
lumnias non verba sed facta.*

Sermo index animi.

Εἰκόνας ὄντως τῶν ψυχῶν εἰσιν οἱ λόγοι. *Ima-
gines illustres animorum sunt sermones.*

Remedium contra superbiam.

Ἡ τῆς φύσεως ἔννοια κατασέλλει μὲν τῆς ψυ-
χῆς τὸ φλεγμᾶνον, ἀλαζόνειαν δὲ πάσαν
κὶ ἀνθάδειαν ὑπερορίζει. *Humana natura
consideratio, & subita animi incendia re-
stinguit, et omnem superbiam coniunctam
cum pertinacia exterminat.*

Collatio virtutis cum bonis fortuna.

& corporis.

Τὰ ἀνθρώπινα σκιάς ἔστιν ἀμυδρότερα κὶ ὀνεί-
ρων ἀπαλήλοτερα. Ἡ νεότης τῶν ἡρινῶν ἀνθῶν
ὀξύτερον καταρρεῖ, κὶ ὥρα σώματ' ἢ νόσῳ
ἢ χρόνῳ μαρμαίνεται, κὶ πλεῖστ' ἢ ἀπι-
στ' ἔστι. Δόξα δὲ εὐπερίτερον ἔστι, ἀρετῆς δὲ ἄσ-
κησις τίμιον μὲν κτήματ' ἔχοντι, ἡδίστον δὲ
θεῖα ματ' οἱ ἐντυγχάνουσι. *Res humana Um-
bra fu-*

bra fugaciores sunt & somnio vaniores.
Nam iuuentus celerius, quàm Verni flores
evanescit. Et forma corporis aut morbo aut
tempore carpitur. Et opulentia incerta est.
Et honos non est diuturnus. Virtutis autem
possessio, non solum eos ornat, penes quos est,
Sed etiam spectatoribus iucundissima est.

Fides.

Ὡσπερ ἐπὶ τῶν τοῖς ὀφθαλμοῖς φαινομένων
κρείττων ἐφαίνη τῆς λόγου τῆς αἰτίας ἢ πείρα,
ἔτι καὶ τῶν ὑπερναβελήκων δογμάτων
κρείττων ἐστὶ τῆς διαλογισμῶν καπιλήφειας ἢ
πίστεως. Quæadmodum in ijs rebus, quæ aspectu
sentiuntur, experientia antecellit disputa-
tioni: Ita in arcanis dogmatibus, fides lon-
gè præstantior est humana ratiocinatione.

Mansuetudo.

Τὸ ἀμυνεσθαι πάντος ἐστὶν τῆς ὀργῆς, τὸ δὲ
καὶ αὐτῆς τῆς ὀργῆς ὑψηλότερον εἶναι, τῆς μο-
νῆς πραότητος ἐστὶ. Nemo est quin iratus
possit depellere iniuriam. Iræ vero doma-
re, solius mansuetudinis proprium est.

Alexandri dictum.

Τὴν ἐτέραν τῶν ἀκοῶν ἀκέραιαν ταμιευόμεθα
τῷ διαβαλλομένῳ. Alteram aurem sice-
ram reseruamus, calumnijs deformato.

Donna

Dona Dei.

Μεγάλαι αἰεὶ καὶ πολλαὶ τῆ Δεσπότῃ ἡμῶν αἰ
δωρεαί, καὶ οὔτε τὸ μέγεθος αὐτῶν μετρητὴν,
οὔτε τὸ πλῆθος αἰριθμητὴν. *Magna semper
& multa sunt Domini nostri dona, quorū
nec magnitudinem metiri, nec multitudi-
nem numero complecti possumus.*

Regula scriptionis.

Τὰ περίτλα γραφῆν παντελῶς μάταιον. Περὶ
δὲ τῶν αὐτῶν ἐνόχλειν γελοῖον. *Superuaca-
nea scribere inanis labor est. Eadem vero
chora oberrare ridiculum est.*

Consolatio.

Δυνατὸς ὁ ἀγαθὸς θεὸς δῆναί τινα λύσιν τῶν ἀ-
μηχανῶν, καὶ χορίσασθαι ἡμῖν τινα τῶν μα-
κρῶν πόνων ἀναπνοήν. *Potest sanctus De-
us dare exitum rerum inextricabilium, &
dare nobis interuallum ad quietem post
magnos labores.*

Una actio non est causa habitus.

Οὐ μία πρᾶξις ἀνδρείας, ἔδει βραχὺς πόνος
τῆς ψυχῆς κάρτερον διαδείκνυσιν. *Non una
actio fortitudinem, neq; brevis labor animi
robur declarat.*

Consolatio.

Ὁ ἀγαθὸς θεὸς αἰεὶ ταῖς θλίψεσι παραζεύγνυ-
σιν τὰς

σι τὰς παρεκλήσεις. *Bonus Deus semper afflictionibus adiungit consolationes.*

Ostentatio.

Τεχνολογῶσιν, & θεολογῶσιν οἱ ἄνθρωποι. *Homines magis ostentant eruditionem, quam pietatem.*

Mens capax mysteriorum.

Ὅτι γὰρ κατ' ὄψιν ῥύπωντι δυνατόν τῶν εἰκόνων δεξασθαι τὰς ἐμφάσεις, ὅτε ψυχῶν ταῖς βλαπτικαῖς προσειλημμένω μερίμναις, καὶ ταῖς ἐπιφρονήματος ἔσχατος ἐπισκοπῶμεν ὑποδέξασθαι τῶν ἁγίων πνεύματος τὰς ἐλάμψεις. *Nec speculum impurum potest rerum imagines recipere, nec animus curis huius vitæ implicatus & carnalibus affectibus hebetatus, capax est lucis & sapientie spiritualis.*

Breuitas Orationis apud pios.

Τοῖς φόβω ἀρένοισι τὸν κύριον ἐξαρκῆ καὶ ἡ δὲ ὀλιγῶν ὑπόμνησις. *Timentibus Dominum sufficit etiam brevis commonefactio.*

Concordie Studium.

Ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι πλεον ἡμῶς τῆς ἐνὸς ἐκάστου τῶν ἀδελφῶν ἐπιμερίας δεόμεθα, ἢ ὅσον ἡ ἑτέρα τῶν χειρῶν ἑτέρας. *Certò scimus nobis magis opus esse singulari fratrum ope & presidi.*

praesidio, quam dextra opus est sinistra.

Consensus mutuus.

Οὐδέν ὄψε τῶν ἐκ φύσεως, ὄψε τῶν ἐκ προαιρέ-
σεως κατορθόμενον ὁρᾶν, ἄνευ τῆς τῶν ὁμοφύ-
λων συμπνοίας ἐπιλεγόμενον. *Nihil video*
in natura aut in actionibus humanis re-
ctè fieri, sine consensione rerum cognata-
rum.

Concordia nutricula precatonis.

Ἡ προσευχὴ μὴ ἔχουσα τὰς συμφωνήσας ἀδρα-
νεσέρεα πολλῶν ἐαυτῆς. *Precatio quae non nu-*
trit Concordia, languida et imbecillis est.

Expletur lachrymis egeriturq; dolor:

Ἐπλήρην μὲν τίναν παραμυθίαν ταῖς ὀδυνομέναις
ψυχαῖς, καὶ στεναγμοῖς πολλοῖς ἐκ τῆς βάθους
τῆς καρδίας ἀναπεμπόμενον. καὶ πρὸς καὶ δά-
κρυον ἀποσάξαν, τὸ πολὺ τῆς θλίψεως διε-
φόρησε. *Affert quandam consolationem*
perturbatis animis, etiam gemitus ex inti-
mo sinu cordis emissus. Sape et lachryma de-
stillans multum de calamitate imminuit.

ἄπιον καὶ πρόσφασιν.

Πολλοὶ τὰς ἰδίαις ἐχθρῶν ἐπικρυφάμενοι ὑπὲρ
τῆς εὐσεβείας ἐχθραίνην κατασχηματίζονται.
Multi proprias inimicitias occultantes,
simulant se pro pietate dimicare.

Ecclesia pugnat pro aris, non pro focis.

Οὐχ ὑπερ ζημιμάτων, ἐχ ὑπερ ἄλλων τῶν
προσκαιρῶν πολυμέμεθα, ἀλλ' ὑπερ τῶν
νῦν θησαυρῶν τῶν πατρικῶν κλημάτων, τῆς ὑγιαι-
νέουσης πίστεως, ἐσηκαμεν ἀγωνιζόμενοι. Non
pro facultatibus, nec pro alia re fugaci
uanescenti bella gerimus, sed pro communi
thesauro patrimonij, videlicet, pro sana fide.
Stamus in acie.

Decus Ecclesie in arumnis.

Ἐν τοῖς παρὰ τῶν ἐχθρῶν διωγμοῖς πληθύνεται
ἡ ἐκκλησία, καὶ μάλιστα θάλλει. *In persecutio-
ne hostili crescit Ecclesia, & maxime floret.*

Propria nota sanctorum.

Οὐδεὶς τῶν ἀγίων τευφῶν ἢ κολακούμενων
σεφάνων τῆς ὑπομονῆς ἀξιώθη, ἀλλὰ πάν-
τες διὰ μεγάλων θλίψεων πορευθέντες, τὸ δι-
κίμιον ἐπεδείξαντο. *Nullus sanctorum deli-
cate vivens, aut blanditijs assentatorum de-
ceptus, coronam patientie adeptus est, sed
omnes per magnas afflictiones specimen
probate fidei ostendunt.*

Gloria Ecclesie.

Μακάριος ὁ καὶ ἀξιώθεις τῶν ὑπερ τῶν ζῴων
παθημάτων, μακαριώτερος δὲ ὁ ὑπερ τῶν
ἐν παθήμασι. *Beatus qui dignus iudicatur
passio.*

passione per Christum. Beatior verò, qui ma-
gno animo arumnas perfert.

Formula Baptismi summa Evangelij.
ἐγὼ παραλαβόμεν παρά τῆς κυρίας, οὕτως
βαπτίζομεθα. ὡς βαπτίζομεθα, οὕτω πιστεύο-
μεν, ὡς πιστεύομεν, ἕτως κὶ δοξολογῶμεν.
Baptizari nos oportet, sicut accepimus, cre-
dere autē sicut baptizamur, Glorificare au-
tem sicut credimus.

Iniustum iudicium.
ἐμὲν κἀληγορέμενοι καλὰ δικάζονται ἀκριώς,
οἱ δὲ κἀληγορέοντες πιστεύονται ἀνεξέλασως.
Accusati quidem condemnantur indicta
causa. Actoribus autem fides habetur sine
legitima cognitione.

Quò se fortuna inclinât, eodem & fa-
vor hominum.
ἐν πολλοῖς αἰεὶ πρὸς τὸ δυνάστον μεταβήθεας
κίεθ, κὶ τὰς μὲν ἀσθενῆστας τῶν φιλικῶν κα-
ταφρονεῖν, θεοραπεύειν δὲ τὰς κρατῆστας. Mul-
tis visitatum est, semper inclinare ad melio-
rem fortunam, & imbecilliores quidem a-
micos desplicere, colere vero potentes.

Qui videt me, videt patrem.
ἐπισημῶν φασίζομενος ὑπὸ τῆς πνεύματος, πρὸς
ἐμὲν ἀναβλέπει, καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ἐν εἰκόνι θεωρεῖ
τὸν

τὸν πατέρα. *Mens' nostra illuminata
a spiritu, ad filium respicit, & in eo tanquam
in imagine cernit patrem.*

Regula candoris.

Δειτὸν μέλλοντα ἴσον κὶ κοινὸν ἀκροατῶν γινώσκουσα, μὴ ὅλον ἀπάγει παρὰ τὴν προλαβούσα, ἀλλ' ἀναμένει, κὶ ἀπολογίας τῶν ἐπιεικῶν λόγων διαδειχθῆ ἢ ἀλήθεια. *Decet auditorem non moueri oratione accusantis sed expectare responsionem alterius partem ut ex collatione utriusque sermonis veritas aestimari possit.*

Calumnia efficitur.

Τρισὶν ὁμῶς προσώποις τῶν βλάβων προσπίπτει ὁ διαβάλλων. τὸν γὰρ συκοφαντῆμενον αὐτὸν κεί, καὶ πρὸς ἑς ὁ λόγος ἐστὶν ἀδύνατον, κὶ αὐτὸς ἐπιβλητῶν. *Tres personas simul ledit calumniator. Nam et calumnia deformatum iniuriatur, & auditorem, & seipsum.*

Judicium Ecclesie.

Εἰσὶν ἐπίσκοποι: κληθῶσιν εἰς ἀκρόασιν, ἐπὶ κλήρῳ καθὰ πᾶσαν τῆς θεῆς παροικίαν, καὶ νακθήλωσαν οἱ δοκιμῶτάροι, λεγέτω μετὰ παρρησίας ὁ βεβλόμενος, ἵνα ἔλεγχῃ ἢ γινόμενον, κὶ μὴ λοιδωρία. *Sunt Episcopi: accipiuntur in ecclesiam, et congregantur ad iudicium, et testantur cum veritate, et non calumniantur.*

centur ad cognitionem. Est clerus in quali-
bet Dei Ecclesia. Conuocentur probatissi-
mi. Dicat qui uolet liberam sententiam, ut
tota actio constet argumentis conuincenti-
bus aduersarium, non conuicijs.

Artifices de artibus iudicent.

Τὰ γεωργίας ἔργα οὐ δύναται εἶσι κρίνειν ὅτε
μὴ γεωργικῶν λόγων δὲ κρίσις εὐθὴς ὁ βελο-
μεν εἶσαι, ὁ μήτε διδάσκαλον ἔχων ἐαυτῶ
δεικνύει, ὅτι χρονον ἐν ᾧ μεμάθηκεν. De re
rustica nemo potest iudicare nisi agricola.

At de maximis controuersijs iudicium sibi
sumit, qui nec magistrum suū nominare po-
test nec tēpus quo in disciplinā traditus est.

Fucosus praeceps mala cause.

Ἐάν τις γὰρ τὸ κακόν, ἐν προσχήματι τῆ ἀγαθῆ
ποιῆ, διπλασίον τιμωρίας ἐστὶ ἀξιῶ. Si
quis malum praeceptu boni facit, duplici pe-
na dignus est.

Ars medica.

Πᾶσι τοῖς τῶν ἰατρικῶν μετέδοσι, ἐστὶ φιλανθρω-
πία τὸ ἐπιήθευμα. Omnibus qui in arte
Medica versantur, humanitas insita est &
quasi insculpta.

Norma veritatis in Ecclesia.

Πᾶσι οἷς ἀν' εὐρεθῆ τὰ δόγματα συνῶδα τοῖς θε-
οῖς

οἷς λόγοις, ἐπὶ ταύτοις ἤξει πάντ' ὅτις ἀλη-
θείας ἢ Ψῆφος. *Apud quos inveniuntur do-
gmata sacris literis cōsentanea, his calculi
veritatis suffragabitur.*

Ut quiinus aiunt.

Ἐπειδὴ μὴ γένηται τὰ πράγματα ὡς βελομέθε-
ῶς γίνεται βελομέθεα. *Quia se non res dant
ut volumus, simus contenti eo quod fieri
videmus.*

Deus summum bonum.

Τὸ θεῶν ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐλπίδ' ἔδεν τῆς ἀλη-
θείας ἐρασιῶν προτιμότερον. *Deo ἔσπειτο
ipso reposita nihil veritatis studiosi ante-
ponant.*

προσωποληψία.

Πολλοὶ ἐστὶν ἐκ τῆς ἀληθείας ἐξετασαί, ἀλλὰ τῆς
διαφορᾶς τῶν προσώπων δοκιμασαί. *Multi
sunt non veritatis iudices, sed differentia
personarum aestimatores.*

Discrimen amici & adulatoris.

Τὸ μάλιστα φίλ' ἔκλειψεν διενήνοχε, τῶ
τὸν μὲν πρὸς ἡδονὴν ὀμιλεῖν, τὸν δὲ μηδὲ τῶν
λυπῶντων ἀπέχεσθαι. *Hoc maxime interest
inter amicum & adulatorem, quod hic om-
nia ad dolectionem refert, ille etiam of-
fendit, quoties usus postulat.*

Calumniæ effectus.

οὐδεὶς

Ουδείς ἕτως ἀνάλυηται, ὡς μὴ πάθειν ψυ-
χῶ καὶ κατακαμφθῆναι εἰς γλῶσσομασιν εἰς
ψευδολογίαν ἐυκόλοις παραπείσων. *Nemo
tam ferreus est, cuius animus non debilitetur
venenatis calumnijs.*

eloquentia effectus.

Τῆς τέχνης ῥητορικῆς ἰδίων ἐστὶ, καὶ τὰ μεγάλα μι-
κρὰ ποιεῖν, καὶ τῆς μικροῖς παρατιθέναι μέγε-
θος. *Eloquentia proprium est, & magna
extenuare, & parva attollere & amplifi-
care.*

Regula Theologica.

Εἰς καὶ μόνον ἐπὶ τῶν θεῶν ἐν τῇ γραφῇ ἢ πρὸς ἀν-
τιδιαστολήν τῶν ἡδὴ τῶν ἁγίων πνεύματι λέ-
γεται. ἀλλὰ πρὸς τοὺς μὴ ὄντας θεοὺς, ὀνομαζο-
μένους δὲ ψευδῶς. *Particula solus quoties de
Deo usurpatur, nō excludit à diuinitate fi-
lium aut Spiritum S. sed omnia commentiti-
a numina aliarum gentium, quæ falsò Dij
appellantur.*

Vina vocis ἐνεργεια.

Ουτε ἄρχοντα ἔδει ἰδιώτῳ πρὸς ἄθενος ἀν τις λέ-
γων, διὰ γραμμάτων πείσειν οὕτως, ὡς ἀν-
τὸς παρῶν. *Nec gubernatorem, nec priua-
tum hominem quisquā missione literarū sic
permouere potest, ut sua presentia.*

Fines

Fines poenarum.

Αδικούντας κολάζομεν, ὅπως ἂν ἡ αὐτοὶ τὸ λοιπὸν ἀμείνω γένοιτο, ἢ τοῖς ἑτέροις ἵνα παρὰ τὸν αὐτὸν σωφρονεῖν παράδειγμα. *Delinquentes punimus, ut vel ipsi deinceps emendentur, vel alios exemplo poenae de modestia commonefaciant.*

Gubernatio divina.

Ἀμεινον πάντως ἢ ὡς ἂν ἡμεῖς προελοιμέθα διοικεῖ τὰ ἡμετέρα. *Melius res nostras Deus gubernat, quam nos cogitamus.*

Litera.

Δείγμα μνήμης τὸ γράφειν. *Scriptio literarum est signum atq; indicium memoria.*

Finis editionis librorum.

Χρησιανὸν ἔστιν ἔτι πρὸς ἐπίδειξιν μᾶλλον, ἢ κοινῶν ὀφελειαν γράφειν. *Christiani est non ad ostentationem sed ad communem utilitatem scribere.*

Item.

Δεῖ ἡμᾶς ἔτι κατὰ φιλοτιμίαν ἐρχομένους ἐπὶ τὸ γράφειν, ἀλλ' ὑποθήκας καταλιπεταίην ὡς φιλίμων λόγων τῇ ἀδελφότητι προελοιμένους. *Decet nos non ambitione permotos ad scribendum accedere. Sed fratribus subiectiones utilium sermonum relinquere.*

ὁμοιον venustis.

Ἐρωθα

Εὐθετα γὰρ ἀπεικάζειν τῆτον ἐγὼ Φυτεῖον
καρπὸν Φύσιν διαστροφῶν ἀπευθύνοντι, εἴτε τῆ ἀ-
μετρία τῆς ἀνθοκῆς, διαμαρτόντι τῆ μέσου,
καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπαγαγόντι τὸ βλάση-
μα. *Dionysius Alexandrinus in refuta-
tione erroris Sabellij longius progressus fuit
agricolarum more, qui cūm curvas frondes
extendere conātur, ut recte crescant, plus-
culum deflectunt eas in partem contra-
riam.*

Augustinus in Epistolis.

Epistola 3.

*Pij tolerant prædicta, sperant promissa, do-
cent præcepta.*

Ecclesia crux.

*Ecclesia inter inimicos augetur, persecutioni-
bus crescit, per afflictionum angustias usq̄
in terrarum extrema dilatatur.*

Vicissitudo tentationum & consolationum.

*Ecclesia alternis aduersitatibus & prosperita-
tibus rerum patientiam et temperantiam
vigilanter exercet.*

Hæresis.

*Hæreses aduersus nomē Christi, sub velamen-
to tamen nominis Christi ad exercendam
doctrinam sanctæ religionis pullulant.*

Sacra litera.

*Sacris literis salubriter & prava corriguntur
& parua nutriuntur, & magna oblectan-
tur ingenia. Ille huic doctrinae inimicus est
est animus, qui vel errando eam nescit esse
saluberrimam, vel odit agrotando medici-
nam.*

Miracula Christi.

*Miracula Christi propria: Nasci de virgine:
A mortuis resurgere: In caelum ascendere.*

Epistola 5. Mutatio sacramentorum.

*Deus conuenienter significationes ad doctri-
nam religionis saluberrimam pertinentes
per mutabilia tempora sine ulla sui muta-
tione disposuit.*

Causa mutationis Sacramentorum.

*Alijs sacramentis praenunciari Christum cu-
venturus esset, alijs cum venisset, annun-
ciari oportuit.*

Collatio temporalium & aeternorum bonorum.

Temporalia pro aeternis contemnenda sunt.

Epistola 6. Presentia Christi in sanctis.

*Non sumus deserti, cum in interiori homine
habeamus presentem Christum per fidem
in corde nostro*

Consolatio in funere amicorum.

Migran-

Migrantes ex hac vita non amittimus sed
premittimus.

Epistola 7. Modestia scribentis.

Ego fateor me ex eorum numero esse, qui pro-
ficiendo scribunt, & proficiunt scribendo.

Φιλαντία.

Nimis peruerse seipsum amat, qui & alios
vult errare, ut error suus lateat.

δεύτερον ὡς.

Secundas partes habet modestie, qui primas
non potuit habere sapientie.

Regula interpretationis.

Si ratio contra diuinarum scripturarum autho-
ritate redditur, quolibet acuta sit, fallit ve-
rissimilitudine. Nam vera esse potest. Rur-
sus si manifestissima certæque rationi velut
scripturarum sanctarum obijcitur auctori-
tas, non intelligit, qui hoc facit, & non
scripturarum illarum sensum ad quem pe-
netrare non potuit, sed suum potius obij-
cit veritati. Nec quod in eis, sed quod in
seipso, velut pro eis inueniet, opponit.

Epist. 8. Lectio sacrarum literarum.

Lector sacre scriptura potius id, quod non in-
telligit transeat, quam cor suum præferat
illi veritati.

Admonitio.

*Magis amat obiurgator sanans, quàm adu-
lator ungens caput.*

Epist. 9. Veritas

*Incomparabiliter pulchrior est veritas Chri-
stianorum, quàm Helena Grecorum.*

Epist. 13. Flacian.

*„Puerilis est iactantia, accusando illustres vi-
ros, suo nomini famam quarere.*

Epist. 14. Amicitia.

*De amicitia omnis tollenda suspicio est,
sic cum amico, quasi cum altero se est loquen-
dum.*

Epist. 20.

*Multò est mirabilius & laudabilius liben-
ter accipere corrigentem, quàm audacter
corrigere deviantem.*

Epist. 28. Semper discendum.

*Ad discendum quod opus est, nulla etas se-
ra videri potest.*

λογομαχία.

*Cum de re constat, non est opus certare de
nomine.*

Conuersio mali in bonum.

*Deus multa bona facit, etiam de nostris ma-
lis, nostrisq; peccatis.*

*Epist. 29. Liberum arbitrium non op-
ponitur gratia.*

Magna

Magna est utilitas praeceptorū, si libero arbitrio tantum detur, ut gratia Dei amplius honoretur.

Epistola 36. Versus Paulini:

Cum bene se toto Dominum iactauerit orbe
Seruit Dæmonijs & simulachra colit.

Viue precor, sed viue deo, Nam viuere mundo.
Mortis opus: Viua est viuere, vita Deo.

Epist. 46. Gratia Dei, & liberum arbitrium.
Si non est Dei gratia, quomodo saluat mundum?
Si non est liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum?

Epist. 48.

„Melius est cum seueritate diligere, quam
„ cum lenitate decipere.

Causa discernunt actiones.

Cum boni et mali eadem faciunt, eademq; patiuntur, non factis & panis, sed causis utiq; discernendi sunt.

Contra separationes non necessarias.

Non propter malos boni deserēdi, sed propter bonos mali tolerandī sunt.

De patrum lectione.

Non sic leguntur patrum scripta, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi fortē aliter sauerint, quam veritas postulat.

Epist. 49.

Nobis prodest colere Deum, non ipse Deo.

Dei dicere est Dei facere.

Sicut humana consuetudo verbis, Ita diuina
potentia etiam factis loquitur.

Epistola 52. Consolatio ab inchoatione
ad perfectionem.

Ab illo in me fideliter perfici spero, à quo in-
choatum esse humiliter gaudeo.

Pietatis effectus.

Pietas ad omnia prodest, & quia molestias
huius vita auertit aut lenit, & quia ad
aternam vitam salutemq; perducit, in qua
nihil mali patiemur, & bono summo sem-
piternoq; perfruemur.

Epistola 54. Testimonia de prouidentia & de
futuro iudicio in pœnis.

Deus pauca in hoc seculo punit, ne diuina pro-
uidentia non esse credatur, & multa ser-
uat ultimo examini, ut futurum iudicium
commendetur.

Epist. 56.

„ Exemplo humilitatis Christi in cuius suis a-
„ nimo ferociter arrogantis, omnis superbia
„ cedit & frangitur & moritur.

Humilitas dux & comes.

Humilitas omnia quaecumq; benefacimus et pre-
cedat & comitetur & consequatur.

Epist.

Epist. 57. Generalis & specialis
Dei presentia.

Fatendum est ubiq^{ue} Deum esse per diuinitatis presentiam, sed non ubiq^{ue} per habitatio- nis gratiam sed in solis tantum fidelibus.

Locus connexum Corporis.

Spacia locorum tolle corporibus, nusquam erunt, & quia nusquam erunt, nec erunt.

Regeneratio.

« Nemo potest renasci antequam natus sit.

Reiectio ubiquitatis.

Christus est loco aliquo caeli propter veri corporis modum.

Epist. 62. Obligatio naturalis.

Dilectio debetur, etiam si reddita fuerit, quia nullum est tempus, quando impendenda non sit.

Epist. 63.

De securitate nihil in hoc mundo sperandum est.

Regula vita Christiana.

Qui Christo credit, non diligit infimum (corpus) non superbit in medio, (in anima) atq^{ue} summo (Deo) inherere fit idoneus.

Epist. 64. Lueta cum Φιλαυτία

« Hec mihi ipsi ipse canto quotidie, & tamen vehementer cum aduersario dimicans saepe

ab eo vulnera accipio, cum delectationē ob-
lat a laudis mihi auferre non possim.

Epist. 66.

Filius totum quod habet, quod potest, non tri-
buit sibi, sed patri. Quia non est à seipso
sed à patre.

Epist. 86. Regula de traditionibus humanis.

Ambrosij consilium de ieiunio. Quando sum
Mediolani, non ieiuno sabbatho. Quando
Roma sum, ieiuno sabbatho, et ad quamcum-
q; Ecclesiam veneritis, inquit, eius morem
seruate, si pati scandalum eius non vultis
aut facere.

Epist. 87. Res secunda & aduersa beneficia Dei.
„ Res prospera donum est consolantis: Res ad-
„ uersa donum est admonentis.

Epist. 106. Praeunte gratia.

„ Bona opera sunt comitante, non ducenti,
„ pedissequa, non prauia voluntate.

Epist. 120. Superbia.

superbia odit consortium, & quantum in ip-
so est, solus cupit eminere omnis superbus.

Aliud bona, aliter mala à Deo.

Omnia Deus largitur: & praescit, sed pecca-
ta praedicat, supplicia minatur, beneficia
pollicetur.

Signū

Signum amoris coniugalis.

Non amanti, presentia viri molesta est, Amanti autem absentia.

Superbia mater invidia.

Vbi precedit inflatio, continuo sequitur amulatio, quoniam superbia mater est inuidie.

Epist. 121. Bona valetudo.

Bona valetudo contemnenda non est propter necessarios vsus huius vite.

Obligatio naturalis.

Nemo est in G. H. cui non dilectio, etsi non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communis nature societate debeatur.

Finis huius vite.

Ad illam unam vitam, qua cum Deo & de Deo viuitur, cetera que utiliter & decenter optantur, referenda sunt.

Dilectio Dei & proximi.

Deum diligimus propter seipsum, & nos ac proximos propter ipsum.

Patientia in cruce.

Hoc deuotionis debemus Domino Deo nostro, ut si tribulationes non abstulerit, non ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum, bona speremus ampliora.

Fiat voluntas tua.

Si aliquid contra quàm oramus acciderit, patienter ferendo, & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuisse quod Dei, non quod nostra voluntas habuit, minimè dubitare debemus.

Epist. 122. Mors piorum.

Non qua occasione exeant, sed quales ad se redeant, Dominus attendit in seruis suis.

Epist. 124. Iniusta lucra, damna.

Melius inopiæ laborem serui Dei tolerant, quàm necessariorum facultatem cum conscientia fraudis obtinent.

Epist. 133. Consolatio militi Christiano necessaria

Non debet cum praliatur infringi, qui vult post pralium coronari, vires illo subministrante certantibus, qui preparat ineffabilia dona victoribus.

Epist. 137. πόντος Βασιβίς.

Quantūlibet vigilet disciplina domus mea: Homo sum, & inter homines vivo. Nec mihi arrogare audeo ut domus mea melior sit, quàm arca Noë.

Epist. 143. Fides fons bonorum operum.

Sine fide nulla cuiusquam bona opera existimanda sunt.

Epist. 144. Blanda seu comica mundi facies.

Alun.

Mundus iste periculosior est blandus, quam molestus, & magis cauendus est, cum se illicit diligi, quam cum admonet cogitq; contemni.

Epist. 146. Corpus Christi.

Ego Domini corpus ita in caelo esse credo, ut erat in terra, quando ascendit in caelum.

Epist. 149. Odium ira inueterata.

Inueterascens ira fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eam in vase detinet, donec totum acescat, vasq; corrumpat.

Epistola 152. Adiunctio ad ecclesiam.

Quisquis à Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi veritate disiunctus est, non habebit vitã, sed ira Dei manet super eum.

Epist. 138. Christi beneficium.

Non est cui prater Dominum Christum dicat genus humanum:

Te duce si qua manet sceleris vestigia nostri.
Irrita perpetua soluent formidine poenas.

Epist. 156. Erumna irritat appetitione vita aeterna.
Si fallacis prosperitatis semper hic tranquillitas arrideret: anima humana portum illius vera certaq; securitatis non appeteret.

Epist. 174.

Iniquum

Iniquum est ut quisq; de alio iudicare velit,
& iudicari de sese nolit.

Ambrosius in Epistolis.

Epist. 16. Dignitas humana natura.

In illa Carne Christi, per consortium eiusdem
natura, Caro omnis humani generis hono-
rata est.

Debeo affectum parenti, sed magis obsequium
debeo salutis auctori.

In oratione funebris de Valentiniano. Non su-
it Btarius.

Nihil unquam indici passus est. Præterita, in-
quit, non possunt solvere, noua non poterunt
sustinere.

Consolatio opponenda morti.

Mors metuenda non est, eò quod finis sit pec-
catorum. Vita desperanda non est, quæ
resurrectione reparatur.

Venationes.

Aciebant aliqui, ferarum cum venationibus
occupari, atq; ab actibus publicis intentionem
eius abduci, Omnes feras uno momento in-
sit interfici.

Non priuatio Sacramenti sed contemptus damnat.
Quem in Euangelio eram regeneraturus, a-
misi. Sed ille non amisit gratiam, quæ popo-
sit.

tit. Non habet ergo gratiam quam desideravit? Non habet quod poposcit? Ergo nec martyres si catechumeni fuerint coronantur? Quod si suo abluuntur sanguine, & hunc sua pietas abluit & voluntas.

Clementia Christi.

Vide clementiam Christi: Illi suum persequerentur auctorem: Ipse aduersarijs etiam grana peccata donabat, Quin etiam ignorantia velamine excusabat admissum.

Fili maledicent Tu benedices.

Timere maledicta persequentium non debemus, cum habeamus benedictionis auctorem, nec mouere nos conuitia debent, ubi praesul est, qui possit auferre maledicta.

Placabilitas.

Beneficium se putabat accepisse, cum rogatur ignoscere. Et tunc propior erat venia, cum fuisset commotio maior iracundiae.

In oratione funebri de Theodosio. Satius est indignatione laudem clementiae reperire, quam ira in ultionem excitari.

Misericordia.

Bonum est misericors homo, qui dum alijs subuenit, sibi consulit, & in alieno remedio, vulnera sua curat. Agnoscit enim se esse hominem, qui nouit ignoscere & vias Christi se.

*Si sequitur, qui carne suscepta maluit in
hunc mundum redemptor venire quam
iudex.*

*Afuiditas invocationis.
Certis diebus inuocare, nō omnibus, fastidien-
tis est, non sperantis.*

*Afuiditas exactionis.
Quando non habes, quae Deo debeas, aut quan-
do sine Dei munere es: cui quotidie uiuen-
di usus à Domino est?*

*Victoria non comparatur nostris viribus.
Ille vincit, qui gratiam Dei sperat, non qui de
sua virtute praesumit.*

*Misericordia Dei erga recens editos in lucem.
Si Dei misericordia nos nō sustēteret, quomo-
do in ipso exordio paruuli uiueremus, cui es-
fusi utero de calidis in frigida, de humidis
in arida, piscium more iactemur, quos nau-
fragos, in hanc vitam quidam natura stu-
ctus expuerit?*

*Humilitas.
Bona humilitas, quae liberat periclitantes, in-
centes erigit.*

*Christi humilitas.
Humiliauit se Christus, ut omnes eleuaret.*

*Amor veritatis.
Dilexi virum, qui magis arguentem, quam
adulantem probaret.*

Pia sollicitudo pro Ecclesia.

Dilexi virum, qui cum iam corpore solueretur, magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur,

Amor Reipub.

Rempub. boni Imperatores & parentibus & filijs praeulerunt.

Confessio plena modestie.

Gratianus. Ego infirmus & fragilis, quantum possum praedico, non quantum est ipsa diuinitas.

Epist. 26.

Domino defertur, cum seruus honoratur.

Aut Deus, aut Creatura.

Quod creatura caret communione, diuinum est.

Epist. 28. Poenitentia.

Non mirandum est peccare, sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet se Deo.

Epist. 29. Officia principis & sacerdotis.

Neq³ imperiale est libertatem dicendi negare, neq³ Sacerdotale quod sentiat non dicere.

Nihil enim in vobis Imperatoribus tam populare & tam ambile est, quam libertatem etiam in ijs diligere, qui obsequio militiae vobis subditi sunt, siquidem hoc interest inter bonos & malos principes, quod boni liber-

bertatem amant, seruitutem Improbi. Nihil enim in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat non liberè denunciare.

Ἐπίστωλα.

„Nemo minore fiducia vitur, quam quæ affectu diligit.

Epist. 30. Deus non irridetur.

„Nemo Deum fallit, cui omnia etiam corda occulta manifesta sunt.

Regula pietatis.

Quando de religione tractatus est, Deum cogita. Nullius iniuria est, cui Deus omnipotens antefertur.

Libertas fidei.

Liberè debet defendere unusquisque fidei mentis suæ & seruare propositum.

Religio.

Nihil maius est religione. Nihil sublimius fide.

Epist. 31.

Aurum si diligentius manu tractes, foris precium, intus metallum est.

ἀεὶ γηράσκω τὸ δὲ διδασκόμενός ἐστι.

Nulla ætas ad discendum sera est. Erubescat senectus, quæ emendare se non potest. Non annorum canities est laudanda sed morum.

„Nullus pudor est ad meliora transire.

λόγος

λόγος ἀπαθής.

Mors Christi carnis fuit, non diuinitatis,
quæ fecit, ut credentiū iam nemo moriatur.

Gloriamur in afflictionibus.

Nunquam nobis hostes amplius contulerunt,
quàm cum verberari Christianos atq; pro-
scribi & necari iuberent.

Premium fecit religio, quod perfidia putabat
esse supplicium.

Possessio Ecclesia.

Nihil Ecclesia sibi nisi fidem possidet. Hos re-
ditus prabet, hos fructus. Possessio Ecclesia,
sumptus est egenorum.

Lux spiritualis.

Quanto gratius est animi tenebras quàm
corporis depulisse, fideiq; iubare micuisse quàm
solis.

Nulla sine aduersario corona victoria.

Presentia spiritualis.

Presentior est, qui se animis inserit, quàm qui
oculis presentatur. Plus enim est mente
connecti, quàm corpore copulari.

τὰντα βυα βίς.

Quis sapiens non in orbe quodam atq; circui-
tu locata humanarum rerum nouit negocia?

Quia non eosdem semper successus habent,
sed variant statas & mutant vices.

R

Poma-

Pompeius exemplum humana infirmitatis.
Pompeius cum tribus triumphis terrarum
cinxisset orbem, pulsus acie, bello profugus, et
sui exul imperij, Canopæi manu Spadonis oc-
cubuit.

Inaequalitas euentuum.
In istius vitæ curriculo non paria paribus, sed
longè diuersa referuntur.

Epist. 32. Iudex Ecclesiasticus.
In caussa fidei, vel Ecclesiastici ordinis is
iudicare debet, qui nec munere impar sit,
nec luce dissimilis.

Legi pareto, quisquis legem sanxeris.
Leges Imperator fert, quas primus ipse custo-
diat.

Constantia.
Ac concilio Niceno me nec mors, Nec gladius
poterit separare.

Orat: Contra Auxentium.
Vulnera quæ pro Christo excipimus, non sunt
vulnera, quibus vita non amittitur, sed
prorogatur.

Diuina defensio.
Seruum Christi non custodia corporalis, sed
Domini prouidentia sepius consuevit.

Angelica excubie.
Seruum Christi magis custodiunt, qui non viden-
tur, quam qui videntur.

Iustitia fidei.

Iustum fides non lex facit. Quia nõ est per legem iustitia, sed per fidem Christi.

Regula vite Christiana.

Hoc Christianos decet, ut & tranquillitas pacis optetur, & fidei veritatisq; constantia, nec mortis reuocetur periculo.

Folia fici Gen. 3.

Agnoscis esse te nudum. Quia bona indumenta fidei perdidisti. Folia sunt ista, quibus nunc velare te quæris. Repudiasti fructum, sub folijs legis latere cupis, sed proderis.

Iustitia formosior Hespero.

Nihil squalidius iniquitate, nihil splendidus iustitia.

Conscientia dolores.

Nullus maior est dolor, quam is qui peccati mucrone vulnerat conscientiam, neq; vllum grauius est onus, quam peccatorũ sarcina & pondus flagitiorum.

Quod fecistis vni ex meis.

In quouis minimo Christus aut leditur aut honoratur.

Veritas humane nature in Christo.

Eadem in Christo corporis veritas quæ in nobis.

Epist. 37.

R 2

Reuni

Reuincitur mala mens Consilijs suis, & occulta animi produntur exitu.

Epist. 38.

Terra exercitium est hominis. Caelum corona.

Ordo creationis.

In omnibus rebus praestantiora sunt principia & finis. Ita ergo & caelum primò est conditum. Nouissimus homo quasi quaedam caelestis in terra Creatura.

Epist. 39. Sursum corda.

Cùm Dominus primò caelum fecerit, quod est pulcherr. oportet ut eò primùm oculos erigamus, Illò nobis contendendum esse arbitremur. Illam sedem terrenis omnibus preferendam putemus. Requies in caelo, non in terra est.

Epist. 40. ἔκ ἐστὶ Φίλῳ ὅστις ἔκ ἀπὸ Φίλῳ.

Amor verus constantia probatur.

Regula scribendi.

Malè se habet liber, qui sine assertore non defenditur. Ipse pro se loquatur, qui procedit sine interprete.

Epist. 41. Lectio scripturae.

Labor & diuturna meditatio cum Dei gratia dat perfectam prudentiam.

Matth. 10. Herod. Polym. κὶ κεφαλῶν πέντε
Φύλαξο, κἀρὴ δὲ τὸ σῶμα σαῶσθαι

In eo astutiam serpentis sequamur, ut caput nostrum non proyiciamus in pericula, sed præcæteris integrum custodiamus. Caput autem nostrum Christus. Hoc maneat in columæ, ut serpentis venena non possint nobis nocere.

Φιλανθρωπία Dei.

Deus eonsq. creatum hominem fouit, ut abdicatum redimeret, eliminatum reciperet, mortuum passione filij sui vnigeniti resuscitaret. Est igitur hominis author Deus & diligit opus suum operator bonus, nec derelinquit bonus pater, quem etiam, sicut diues paterfamilias censu proprio hereditatis redemit.

Epist. 44. Iudicium conscientia.

Vnusquisq. animū suum seuerum sui iudicē, ultorem sceleris, et vindicē criminis habet.

Epist. 47. Momus.

Quidam propterea orbē circumiuit, ut quæreret quem reprahenderet, non quem sibi mirandum arbitraretur.

Epist. 56. Pietas.

Ea est vera pietas, quæ preponit diuina humanis, perpetua temporalibus.

Epist. 60. Veneranda senectus.

Verè senectus illa venerabilis, quæ non æ-
nâ sed meritis albescit.

Epist. 66. Regula vitæ.

Omne quod agere volumus, prius nomē facti
illiꝝ interrogemus, & tunc utrum laude an
vituperatione dignum sit existimabimus.

Regula obligationis.

Qui leuiores astringit, grauiora non soluit sed
alligat.

Epist. 78. Usura.

Populi sæpe conciderunt fœnore, & ea, publici
exitij causa extitit.

Crucis utilitas.

Tunc Deo subditi sumus, cum aduersis aliqui-
bus urgemur. Secunda res mentem extollit.

Epist. 71. Legis usus.

Peccatum per legem cognoscitur, sed culpa
non relaxatur.

Fides iustificans.

Fides est quæ liberat per sanguinem Christi.
necnon seueritatis & clementiæ.

Beatus qui & seueritatem & mansuetudinẽ
tenet, ut altero disciplina seruetur, altero
innocentia non opprimatur. Nimia enim se-
ueritas extorquet plerumq; terrore menda-
cium.

Epist. 74. Fides mater dilectionis.

Qui diligit utiq; credit, & credendo unus-
quisq; diligere incipit.

Fides

Fides velut prauia charitatis occupat animã,
& preparat semitas venturæ dilectioni.

Epist. 76. R. P. proprium Christi beneficium.

Non potest hoc cuiquam hominum cum Chri-
sto esse cõmune vt peccata condonet, solius
hoc munus est Christi, qui tulit peccata
mundi.

Consolatio.

Christus nullũ damnari vult, absolui omnes.

Epist. 82.

Christus stat quasi aduocatus, sedens iudicat.

Epicuride grege porci.

Illorum est cibus & potibus indulgere, qui ni-
hil post mortem suam sperant.

Φλυαρολογία.

Ociosorum fabulae sunt, quibus obtrectatio se-
ritur, malignitas proditur.

Malignitas.

Malignitas plus nocet quàm malicia, &
malignitas nec puram simplicitatem ha-
bet, nec apertam maliciam, sed abscondi-
tam malevolentiam, Difficilius autem ca-
uentur occulta, quàm quae sunt cognita.

Regula vitae.

Vitus dictum est. Assuesce vnus esse, vt vita
tua quandam picturam exprimat, eandem
semper imaginem seruans quam acceperit.

ἀλλ' ὡν ἴατε &

Quis ferat si ipse se gubernare nequeat, qui
alios gubernandos acceperit.

Sic agitur censura &c.

Qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legi-
tima præcepta in se custodire.

Iustitia officia.

Non hæc sola est formæ iustitia, ut non ledas
eum qui te non læserit, sed etiam illa, ut et-
tiam ei remittas, qui te læserit.

Φιλησυχία.

Molesta & plena contentionis declinemus
negocia, quæ neq; fructum habent & impe-
dimentum afferunt.

Comitatus morientiam.

Sola nos morientes comitabitur fides. Erit
sanè etiam iusticia comes, si fides prauia sit.

Dives.

Ille dives est, qui fuerit Dei hæres, Christi co-
hæres.

Non census diuitem sed animus facit.

Cupiditatibus omnis diuitiarum abundantia
inopia est.

Bona possessio.

Bona possessio quæ non hic relinquitur, sed illuc
possidetur.

Hieronymus in Epistolis.

Ad Rusticum. Labor.

Facito

Facito aliquid operis, ut te semper Diabolus
inueniat occupatum.

Dives.

Iuxta miseras huius temporis satis dives est,
qui pane non indiget.

Ad Lact. p^undev p^ung^ov.

Non sunt contemnenda quasi parua, sine quib⁹
magna constare non possunt.

Quo semel est imbuta.

Difficiliter eraditur, quod rudes animi imbi-
berunt.

Ad Sabin. Fama puellarium.

Tenera res in faeminis fama pudicitiae est, &
quasi flos pulcherr. ad lenem marcescit auram,
leniq³ flatu corrumpitur, Maxime, ubi &
atas consentit ad vitium, & maritalis de-
est authoritas cuius umbra tutamen ux-
oris est.

Ad Furiam.

Non queruntur in Christianis initia, sed finis

Vultus index animi.

Speculum mentis est facies, & taciti oculi

Cordis fatentur arcana.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Aliorum vulnus nostra sit cautio.

Falsus rumor.

Falsus rumor cito opprimitur & vita posteri-
or indicat de priori.

In sana est sperare vitam in qua non multi in
te incurrant.

Fieri non potest, ut absq^{ue} morsu hominū vita
huius curricula quis pertranseat, malorumq^{ue}
solatium est bonos carpere, dum peccantium
multitudine putant culpā minui peccatorū.

Ad Gaudentium.

Multitudo peccantium, peccandi licentiam
subministrat.

Quasi cras mortuus.

Viuimus quasi altero die morituri, & adifica-
mus quasi semper in hoc seculo victuri.

Ad Paulinum.

Qui Ch. istum desiderat & illo pane vescitur,
non querit magnopere de quam preciosis ci-
bis stercus conficiat.

Regula eloquentia.

Iacet oratio, in qua tantum verba laudantur.

Ad Celant.

Non cito ad maiora progreditur qui tam
parua formidat.

Obrectatio.

Tanta obrectandi libido mentes hominum
inuasit, ut etiam qui procul ab alijs vitijs
recesserunt, in istud tamen quasi in extre-
mum Diaboli laqueum incidant.

Hypocrisis.

Aliud est virtutem habere, aliud virtutis
similitudinem.

Fama.

Non tantum conscientie, sed etiam fama ratio habenda est.

Ad Paulam.

Nunquam est sera conuersio.

Ad Lucin. Studia linguarum.

Ut Veterum librorum fides de Ebrais voluminibus examinanda est, Ita nouorum Græci sermonis normam desiderat.

Traditiones humana.

*Traditiones Ecclesiasticæ quæ fidei non offi-
ciunt, ita obseruanda sunt, ut à maioribus traditæ sunt.*

Ad Ruffin.

Deum audit, dum diuina relegit, Cum Deo loquitur, dum Dominum rogat.

Ad Sabinianum.

Solemus mala domus nostræ scire nouissimi, ac liberorum & coniugum vitia, vicinis tacentibus ignorare.

Hieron. in cap. 26. Hierem.

Si quando propter mandata Domini & fidei veritatem vel sacerdotes nobis, vel pseudo-propheta, vel deceptus populus irascitur, non magnopere curemus, sed exequamur sententiam Dei, nequaquam presentia mala, sed futura bona animo cogitantes.

Ad Nepot.

Nihil

Nihil tam facile est, quam rudem plebeculam
& indoctam concionem lingue volubili-
tate decipere, quæ quisquis non intelligit
plus miratur.

Cyprianus in Epistolis.

Lib. I.

Epistola 3. Consolatio contra
Ψευδοδελφίαν.

Nec nobis ignominia est pati à fratribus
quod passus est Christus, Nec illis gloria est
facere quod fecit Iudas.

Matth. 10. Consolatio à providentia Dei.
Cum Christus nec minima fieri sine volunta-
tate Dei dicat, existimet ne aliquis summa
& magna aut non sciente aut non permit-
tente Deo in Ecclesia Dei fieri?

Regula sermonis.

Non tam dolor apud me debet, quam pudor
loqui.

Consolatio opponenda calumnia.

Non qui audit, sed qui facit conuitium mi-
ser est.

πρῶτος ὁ καὶ δευτερος ὁ ἄλλος.

Primus felicitatis gradus est, non delinque-
re. Secundus delicta cognoscere.

Confessio constans veritatis.

veri

Veritatis assertor occidi potest, vinci non potest.

Consolatio à Dei presentia.

Non plus ad impugnandum potest humanus conatus, quam ad protegendum valet diuina tutela.

Preciosa mors sanctorum.

Nestra nihil interest, aut à quo, aut quando perimamur mortis & sanguinis premium à Domino recepturi.

Epist. 4. Dispensatio non sit dissipatio.

Nihil cuiquam largiri potest humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit diuina praescriptio.

Veritas.

Humanos errores & mendacia relinquamus, & in veritate Dei maneamus.

Societas culpa & poena.

Qui iunguntur in culpa, in poena non separantur.

Epist. 5. Humilitas.

Nemo in Christo viuens audeat extollere se & superbire, immemor & factorum quae ille gessit, & mandatorum quae nobis vel per se vel per Apostolos suos tradidit.

Epist. 8. Impia traditiones.

Adulterum est, impium est, sacrilegum est, quodcumque humano furore instituitur, ut dispositio diuina violetur.

Liber

LIBER II.

Epist. 2. Gratitude erga Deum.
Gratum est quidquid non virtuti hominis
ascribitur, sed de Dei munere. predicatur.

Efficacia Dei.

Dei est omne quod possumus.

Quantum credis: tantum habes.
Quantum Fidei capacis adferimus, tantum
gratie haurimus.

Regula pietatis.

Sit tibi vel oratio assidua vel lectio. Nunc tu
Deo loquere, nunc Deus tecum.

Epist. 3. Iustitia Fidei.

Quisquis Deo credit, & Fide vivit, in se
inuenitur.

De traditionibus humanis.

Si solus Christus audiendus est: Non debet
mus attendere, quid aliquis ante nos factu
endum putarit, sed quid, qui ante omnes
est Christus prior fecerit. Non enim homi
nis consuetudinem sequi oportet, sed Dei
veritatem.

Epist. 6. Victoria Christi in nobis.

Qui pro nobis mortem semel vicit, semper
vincit in nobis.

Consolatio in persecutione.

Si vos acies vocauerit, si certaminis vestri di
es venerit: militate fortiter, dimiccate cor
stanter.

Stanter, scientes vos sub oculis presentis Do-
mini dimicare, confessione nominis eius ad
ipsius gloriam pervenire: Qui non sic est,
ut servos suos tantum spectet, sed & ipse
luctatur in nobis, ipse concreditur, ipse
in certamine agonis nostri & coronat pari-
ter & coronatur,

Epist. 7. Regula precatationis.

Orandum est pro lapsis ut erigantur, pro stan-
tibus ne cadant.

LIBER III.

Odium Diaboli aduersus Ecclesiam.

Non persequitur & impugnat Christi aduer-
sarius nisi castra & milites Christi.

Epist. 10. ὀβλεμὸν ἄσπονδον Diaboli.

Aduersarius fortiolem quemq; aggreditur
magis, & acrior factus hoc ipso quia victus
est, superantem superare conatur.

Consolatio in persecutione.

Quis non preciosam in conspectu Dei & forti-
ter & constanter mortem excipiat compla-
citurus eius oculis, qui nos in congressione
nominis sui desuper spectat, volentes com-
probat, adiuuat dimicantes, vincentes
coronat, retributione pietatis paterne re-
munerans in nobis, quidquid ipse prestitit,
& honorans quod ipse perfecit.

LIBER

LIBER III.

Epist. 2. Consolatio opponenda calumnia.

Hoc est opus Diaboli, ut seruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet, ut qui conscientia sua luce clarescunt, alienis rumoribus sordidentur.

Epist. 3. Regula Orationis.

Vnusquisq; oret Dominum non pro se tantum, sed & pro omnibus fratribus.

Finis cœnae Domini.

Idcirco calicem sanguinis Christi bibimus, ut possimus & ipsi propter Christum sanguinem fundere.

Christus viuificat credentes.

Christus & viuit in aeternum, & viuificat seruos suos in fide sui nominis constitutos.

Militia Christiana.

Non sic nomen militiae dedimus, ut pacem tantummodo cogitare, & detrectare ac recusare militiam debeamus, cum in ipsa militia primus ambulauerit Dominus, humilitatis, & tolerantia, & passionis Magister, ut quod fieri docuit, prior faceret, & quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateretur.

Consolatio in persecutione.

Si mortem possemus euadere, merito mori timeremus. Cum autem mortalem mori necesse

cesse sit, amplectamur occasionem de diuina
promissione, & dignatione venientem, &
fungamur exitu mortis cum premio immor-
talitatis, nec vereamur occidi, quos constat,
quando occidimur, coronari.

Presentia Dei in sanctis.

Solus non est, cui Christus comes est. Solus non
est, qui templum Dei seruans ubicunque
fuerit, sine Deo non est.

Martyrium.

Martyrium est propter Christum perire.

1. Pet. 2.

Filius Dei passus est, ut nos filios Dei faceret,
et hominis filius pati non vult, ut esse filius
Dei perseueret?

Gloria martyrij.

Quanta est gloria dignitas, quanta felicitas
praside Deo congregari, & Christo iudice co-
ronari.

Rom. 8.

Maiora illic accipiemus, quam hic aut opera-
mur aut patimur.

Spes futura glorie.

Que erit illa gloria & quanta leticia, admit-
ti ut Deum videas, honorari ut cum Chri-
sto Domino Deo tuo salutis & lucis aterna
gaudium capias.

Regula vita Christiana.

S

Hec

Hæc sit armorum nostrorū preparatio, hæc dies
urna ac nocturna meditatio, ante oculos
habere, & cogitatione semper ac sensibus
voluere iniquorum supplicia, & præmia
Iustorum, quid negantibus Dominus com-
minetur ad pœnam, quid contrâ consen-
tibus promittat ad gloriam.

In libello de exhortatione Martyrii.
In persecutionibus nemo cogitet quod pericu-
lū Diabolus importet, sed consideret, quod
auxilium Deus præstet, nec mentem labe-
faciat humana infestatio, sed corroboret fi-
dem diuina protectio. Vnusquisq; enim se-
cundum dominica promissa tantum accipit
de Dei ope, quantum se credit accipere, nec
est quod omnipotens præstare non possit, ni-
si accipientis fides caduca defecerit.

ATHANASIVS IN EPISTOLIS.

Ad Epictetum. Notoria non indigent refutatione.

Quæ manifestè praua peruersaq; sunt, ea cu-
riosi tractare nõ oportet, ne cõsentiosis homi-
nibus ambigua videantur, sed tantummodo
ad ea respondendum est, quod ipsum per se
sufficit, ea orthodoxa Ecclesia non esse, neque
maiores nostros ita sensisse.

Apolog.

Apolog. 2. Consolatio ab ascensione Christi.

Est qui Ecclesijs prasidet Deus, qui pro nobis omnibus mortem subiit, & in ascendendo omnibus nobis ascensum in cœclos donauit.

Regula iuris.

Ita iudicia constitui debent, ut reus & actor simul appareant.

Regula confessionis.

*Decet homines in Christo non humana respicere, sed veritatem omnibus antepone-
re, neg₃ minas sed potius Deum metuere.*

Regula iuris.

Lex Dei inimicum cum neg₃ testem neg₃ iudicem esse vult.

Vt accusantium partem grauari non oportet, ita neg₃ Reorum.

Qua inaudita altera parte sunt, nihil habet roboris.

Ad Monachos.

Non est prudentis in gratiam aliena libidinis, se ipsum in certum periculum conijcere.

Diuina protectio.

Plus quam omnia sufficit ad tutelam, Dei refugium.

Regula confessionis.

Veritas non est prodenda, quia etsi principis affligi videatur, postea tamen ipsa à persecutoribus agnoscitur.

Nota vera doctrina.

*Pia religionis proprium est non cogere, sed
suadere.*

*Decora & eximia res est in principe: Mens
discendi audax & rerum caelestium cupida.*

Ad Diaconos:

Non temporis sed Deo seruiendum est.

Ad Episcopos Africanos.

*Quis cum eis conuenire possit, qui ne secum
quidem conueniunt?*

FLORES LA- CTANTII.

*Quia virtutibus amaritudo permixta est,
vitia verò voluptate condita sunt: illa
offensi, hac deliniti homines feruntur
in praecipitium, ac bonorum specie falsi, mala
pro bonis amplectuntur.*

*Benè dicere ad paucos pertinet. Benè viuere
ad omnes.*

*Vt Deus est erga pios indulgentissimus pa-
ter, sic aduersus impios rectissimus iudex.*

*Nullus suauior animo cibus est, quam cogni-
tio veritatis.*

Prauitatis causa est ignoratio sui.

*Nec religio sine sapientia, nec sine religione
probanda est sapientia.*

Non

Non potest idem esse quod seruit, & quod do-
minatur.

Amara sunt vitiosis ac malè viuentibus præ-
cepta iusticiæ.

A quibus abest studium lucri, abest etiam
voluntas peccandi & causa fallendi.

Veritas.

Veritatis tanta vis est, ut nemo possit esse
tam cæcus, qui non videat ingerentem se o-
culis diuinam claritatem.

Deus.

Plato dicit in Timæo: Dei vim maiestatem-
q^{ue} tantam esse, ut eam neg^{are} mente concipere,
neg^{are} verbis enarrare quisquam possit, ob in-
uitam eius & inestimabilem potestatem.
Ille solus vir fortis iudicandus est, qui tempe-
rans est & moderatus & iustus.

Poësis.

Poëta non finxerunt res gestas, sed rebus ge-
stis addiderunt quendam colorem.

Beneficia Diuina.

Deus est verus pater, per quem sumus, & cu-
ius toti sumus à quo fingimur, animamur,
illuminamur, qui nobis vitam impertit, sa-
lutem tribuit, victum multiplicem submi-
nistrat.

Mendacium poëtarum nõ in facto est, sed in
nomine.

*Iuuenilis aetas simplex & improuida prius ir-
retiri et in laqueos potest cadere, quā cauere.
Virtus colenda est non sacrificio aliquo, aut
thure, aut precatōne solenni, sed voluntate
sola atq; proposito. Nam quid est aliud colere
virtutem, nisi eam comprehendere animo
& tenere?*

*Religio & veneratio nulla alia, nisi vnius Dei
tenenda est.*

Templum Dei.

*Firmius & incorruptius templum est pectus
humanum, hoc potius cruetur, hoc veris illis
Luminibus impleatur.*

*Omnis error ex principalis ac summi boni
ignoratione descendit.*

Barbarorum religio cum moribus congruit.

Sapientia.

Primus sapientia gradus est, falsa intelligere.

Secundus: vera cognoscere.

LIBER II.

*Ipsa veritas cogente natura etiam ab inuitis
pectoribus erumpit.*

*Tum maximè Deus ex mentibus hominum
elabitur, cum beneficio eius fruente hono-
rem dare diuina indulgentia deberent. At
verò si qua necessitas grauis presserit, tunc
Deum recordantur.*

Nun-

Nunquam homines Impij Dei meminerunt,
nisi dum in malis sunt.

τιντες νόσ @ ũεγω.

Ex rerum prosperitate luxuria, Ex luxuria
verò ut vitia omnia, sic impietas aduersus
Deum nascitur.

Deum quem oculis non possumus: animo con-
templemur. *Axioma.*

Nihil esse potest artifice suo maius.

Reiectio simulacrorum.

Quae amentia est, aut ea fingere, quae ipsi post-
modum timeant, aut timere quae sinxerunt?
Dei (cuius spiritus ac numē ubiq; diffusum ab-
esse nunquam potest) Semper utiq; imago su-
peruacanea est.

Simulacrum Dei non illud est, quod digitis
hominū, et lapide aut are aliāue materia fa-
bricatur, sed ipse homo, quoniam & sentit &
mouetur et multas magnasq; actiões habet.

Axioma.

Non plus potest esse in opere, quam in opifice.

Roman. 1.

Adorant insensibilia, qui sentiunt: Irratio-
nabilia qui sapiunt, Exanima qui viuunt,
terrena, qui oruntur ex caelo.

O curuae in terras anima & caelestium inanes.

Contēnere & calcare terrā, nihil aliud est quā
simulacra nō adorare, quia de terra facta sunt

*Vltimum colite vt viuatis. Moriatur enim ne-
cesse est, qui se suamq; animam mortuis ad-
iudicanit.*

*Socratis carcerem times, ideoq; patrocinium
veritatis suscipere non audes?*

Vulgus.

*Vulgus pompis inanibus gaudet, animisq;
puerilibus spectat omnia, oblectatur frivo-
lis, & specie simulacrorum capitur.*

Religio.

*Hominum atq; mulorum vel solum vel certe
maximum in religione discrimen est.*

Facilius est de alienis iudicare, quam de suis.

*Multi vitam pecudum sub figura hominis
imitantur.*

Sapientia.

*Falsum intelligere est quidem sapientia, sed
humana. Verum autem scire, diuina est sa-
pientia.*

*Vtinam tam facile vera inuenire possem, quam
falsa convincere.*

*Qua vanitas, aliquem ab his sperare tutelam
que tueri semet ipsa non possunt?*

Veritas.

*Quam difficilis est ignorantibus veritas &
quam facilis scientibus.*

Mundus est domicilium generis humani.

Axioma.

Axioma.

Semper argumenta ex falso petita, ineptos et absurdos exitus habent.

Multi non tantum veritate, sed etiam verbis suis reuincuntur.

Id solum rectum est, quod ratio praescribit.

Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut & inaudita inuestigare possent & audita perpendere.

Sapientia.

Ut sol oculorum: sic sapientia lumen est cordis humani.

Fides.

Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuentum putet incredibile, aut repertum non credat singulare.

Liior.

Cunctorum malorum fons est liior.

*Maius est propria facere, quam aliena dispo-
nere,*

Potentia Dei.

Non posse, imbecillitatis est humana: posse enim Dei est. Nam si non potest, Deus non est.

Duo eterna & quidem inter se contraria constitui sine discordia et pernicie non possunt. Vnde abest principium: abesse hinc etiam finem necesse est.

*Quod destruitur adificatum est: quod soluitur alligatum, quod finitur, inceptum est.
Debent incerta de certis probari.*

*Homo vltimum opus Dei.
Homo fuit vltimum Dei opus, et sic inductus est in hunc mundum, quasi in domum iam paratam & instructam. Illius enim causa facta sunt omnia.*

*Arcana non sunt scrutanda.
Nefas est ea scrutari, quae Deus voluit esse celata.*

*Meta cognitionis humana.
Sciat quam ineptè faciat qui res inenarrabiles quarit. Hoc est enim modum conditionis suae transgredi, nec intelligere quousque homini liceat accedere.*

*Vita.
Vita in calore est, Mors in frigore.
Calorem & humorem mirabiliter Deus ad sustentanda & gignenda omnia excogitavit.*

*Discors concordia.
Philosophi & poetae discordi concordiam mundum constare dixerunt.
Veritas à vulgo solet varijs sermonibus dissipata corrumpi, nullo non addente aliquibus ad id quod audiuit.*

Temporis partes.

Omnia

omnia tribus temporibus contineri necesse
est: praterito, praesenti, futuro. Prateriti
est origo, praesentis substantia, futuri disso-
lutio.

Quam facile est, mendacia redarguere.
Instat homo ex animo & corpore, id est, qua-
si è caelo & terra.

Animus nostra vis in animo & corpore sita est.
Animi imperio, corporis seruitio magis v-
timur. Salust.

Justicia est vita anima.
Sicut ardere ac viuere non potest ignis, nisi
aliqua pingui materia teneatur, in qua ha-
beat alimentum. Sic Anima materia &
cibus est sola iusticia, qua tenetur ad vitam.
Diuinis oculis nihil septum est.

Angeli nullum sibi honorem tribui volunt,
quorum honor in Deo est.
Fieri non potest, ut non is, in quo perfectè a sit
virtus, sit etiam perfectè a patientia.
Persuasio qua fingit Deum nec Grata nec Ira
moueri, veritatem atq; religionè funditus
tollit.

Non est dubium, quin Religio nulla sit, ubi-
cunq; simulacrum est.

πολίτευμα nostrum in caelis.
Calcanda terra ut caelestia consequamur.

Qui

*Qui rationis ac status sui memor non nisi ad
superna nititur semper ac tendit: hic plures
sapiens, hic iustus, hic homo, hic caelo Deo
dignus iudicabitur.*

*Plus est momenti in paucioribus doctis, quàm
in pluribus imperitis.*

Docilitas.

*Nemo tam pertinax esse debet, ut clarissimam
solem sanis ac patentibus oculis videre se
neget.*

LIBER III.

Veritas.

*Simplex & nuda veritas est luculentior.
Tanta est potentia veritatis, ut seipsam sua
claritate defendat.*

*Nunquam reperiri potest, quod aut non rectè
queritur, aut omnino non queritur.*

*Qui sibi in ea re scientiam vendicat, quae non
potest sciri, insanire videtur.*

*Nemo potest de se rectè iudicare. Ita enim
comparata est hominum natura omnium,
ut aliena melius videant et iudicent, quàm
sua.*

*Nihil potest sine interitu suo, sibi esse contra-
rium.*

*Qui alios reprehendit quod nesciant, ipse de-
bet sciens esse.*

Nobis

Nobis & cum Deo & cum animalibus est
aliqua communitas.

Disputatio de Fine hominis.

In Disputatione de fine hominis, totius sapien-
tia cardo versatur Cicer. Acad. 4. Omnis
ratio vita, definitione summi boni conti-
netur.

Cum de hominis officio agitur, oportet sum-
mum summi animalis bonum in eo consti-
tui, quod commune cum ceteris animalibus
esse non possit.

Summum bonum non potest efficere quengquam
beatum, nisi semper fuerit in ipsius pote-
state.

Non est summum bonum, quod non propter
se expetitur.

Tantus amor laudum, tanta est Victoria cura.

Virtus.

Non virtus ipsa est summum bonum sed ef-
fectrix & mater est summi boni, quoniam
perueniri ad illud sine virtute non potest.

Auditus.

Et doctrina & Sapiencia percipi auribus solis
potest, oculis solis non potest.

Hominis finis.

Homo colendi Dei gratia natus est, qui nos
ideo generavit, ut ei seruiamus.

Quanto

Quantò plurius est anima quàm corpus: tantò
plurius est Deus, quàm mundus, Quia mun-
dum Deus fecit & regit.

Dei contemplatio est venerari & colere com-
munem parentem generis humani.

Pietas.

Pietas nihil aliud est, quàm Dei parentiã a-
gnitio.

Homo.

Naturam hominis hanc Deus esse voluit, ut
duarum Rerum cupidus & appetens esset:
Religionis & Sapientie.

In his duobus (religione & sapientia) insepa-
rabiliter connexis & officium hominis &
veritas omnis inclusa est.

Quodcumq; est summum bonum, necesse est
omnibus esse propositum.

Voluptas.

Voluptas & satietatem affert et nimia nocte
& processu minuitur et atis.

Sape virtus & inuisa est & malo afficitur.

Miseria sunt exercitia & corroboramenta
virtutis.

Nullus hic temeritati locus est. In aeternum
stulticie pœna subeunda est, si aut persona
inanis aut opinio falsa deceperit.

Veritas.

Non trahamur autoritate cuiuspiam, sed ve-
ritati potius accedamus.

Minor

Minuit laudem, qui partem laudat ex toto.
Qui docent tantum, nec faciunt, ipsi praeceptis suis detrahunt pondus. Quis enim obtemperet, cum ipsi praeceptores non doceant obtemperare?

Hypocrisis non in pectore, sed in labijs habes bonitatem.

Nemo non in vitia pronus est.

Qui in principio falsum suscipit, hunc consequentium rerum necessitas ad deliramenta perducit.

Non potest quidquam rationale perficere, nisi ratio.

Non frustra dictum est: Mors misera non est, aditus ad mortem miser.

Contra ἀνοξεας.

Sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus: ita rursum ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est, eiusdem iussu nobis recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, tam diu habituros donec iubeat emitti.

Consolatio contra vim iniustam.

Si vis aliqua inferatur, aqua mente patientum est, cum extincta innocentis anima inulta esse non possit, habeamusque vindicem magnum, cui sola vindicta integra semper est.

Mors

Mors.

Qualitas mortis ex vita & ratione pendet.
Mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda est.

Mors piorum est translatio ad immortalitatem.

Mors impiorum est iter ad aeterna supplicia.

Non parietes & locus in quo quisque est effusus ex utero, conciliat homini sapientiam.

Nihil est quod possit sine ullo moderatore consistere.

Sic domus ab habitatore deserta dilabitur.

Navis sine gubernatore abit pessum. Et corpus relictum ab anima defluit.

Reiectio Platonice novæ vias.

Non rerum fragilium sed mentium debet esse communitas.

Rerum proprietates & vitiorum & virtutum materiam continet. Communitas autem nihil aliud quam vitiorum licentiam.

Nihil sapienter fit, quod, si ab omnibus fiat, inutile est ac malum.

Necesse est falsa, esse quæ rebus falsis congruunt.

Multi ingenia sua in malis rebus exercent vel ostentant.

Disciplina non excindit vitia sed abscondit.

Nihil prodest hominē esse fictum, ut recto corpore spectet in cælum, nisi erecta mente Deum cernat, et cogitatio eius in spe vite perpetua tota versetur.

Nunquam potest inuestigari, quod non per viam suam queritur.

Turpe est hominem ingeniosum dicere id, quod si neges probare non possit.

Joh. 17. Hæc est vita aterna.

In diuini numinis noticia & sapientia continetur & vita perpetua.

Τὸ καλὸν ἐν ταῖς δυσυχίαις λάμπει.

Virtus nisi agitetur, nisi assidua vexatione roboretur, non potest esse perfecta.

Virtus nulla est, si aduersarius desit.

Omnis sapientia hominis in hoc vno est, ut Deum agnoscat & colat.

Qui vult sapiens ac beatus esse: audiat Dei vocem, discat iusticiam, Sacramentum natiuitatis suæ nôrit, humana contemnat, diuina suspiciat, ut summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci.

LIBER IIII.

Copulatio Religionis & sapientia.

Vbi Sapientia cum Religione inseparabili nexu cohaeret, utrumq; verum esse necesse est,

T

quia

quia et in colendo sapere debemus, id est, scire
quid nobis & quomodo sit colendum. Et in sa-
piendo colere, id est re & act u quod scierimus
implere.

Sapere nihil aliud est, nisi Deum iustis &
pijs cultibus honorare.

Deus pater & Dominus.

Deus pater ideo appellandus est, quia nobis
multa & magna largitur. Dominus ideo,
Quia castigandi & puniendi habet maximam
potestatem.

Deum ut patrem diligere debemus & ho-
norare. Et ut Dominum colere & vereri.

Quia Deus utramque personam sustinet &
patris & Domini, & amare eum debemus,
quia filij sumus, & timere quia serui.

Qui verum Deum non adorat: & insipi-
ens servus est, qui Dominum suum aut fugiat
aut nesciat: Et impius filius, qui suum verum
patrem vel oderit vel ignoret.

Nihil obstant verba, cum sapientia congru-
it veritati.

Testimonium hostium.

Firmum testimonium est ad probandam
veritatem, quod ab ipsis perhibetur inimi-
cis.

Tem.

Templum Dei.

Templum Dei est non in parietibus, sed in fide ac corde hominum, qui credunt in eum ac vocantur Fideles.

Fuga in persecutione

Christus secessit non ut vitaret quod necesse erat perpeti ac sustinere, sed ut ostenderet quod ita fieri oporteret in omni persecutione, ne sua quis culpa incidisse videatur.

Fides.

Nulla spes alia consequenda immortalitatis homini datur, nisi crediderit in Christum, & illam crucem portandam patiendamque susceperit.

Testamentum.

Nisi Testator mortuus fuerit, nec confirmari testamentum potest, nec sciri quid in eo scriptum sit, quia clausum & obsignatum est.

Apud bonos iudices satis habent firmitatis, vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimonijs.

Prius disce qui doces, & antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige.

Vita regitur exemplis.

Homines malunt exempla quam verba, quia loqui facile est, prestare difficile. Vt inam quidem tam multi beneficerent, quam multi lo-

quuntur bene. Sed qui precipiunt nec faciunt
ab eis fides abest.

Mores docentis persuadent. non ipsa oratio.

Contumacia redargui non potest nisi ex-
emplo. Habere namq; non possunt que do-
ceas firmitatem, nisi ea prior feceris, quia na-
tura hominum procliuus in vitia, videri vult
non modò cum venia, sed etiam cum ratione
peccare.

Peccatum est pabulum mortis.

Veritas est acerba & inuisa omnibus.

Hac conditione gignimur, ut generanti nos
Deo iusta et debita obsequia praebeamus, hunc
solum nouerimus, hunc sequamur.

Nos Deo seruire ut Domino, & obsequi ut
Patri necesse est.

Ecclesia.

Catholica Ecclesia est fons veritatis, domi-
cilium fidei, templum Dei, quo si quis non in-
trauerit, vel à quo si quis exiuerit, à spe vitæ
& salutis alienus est.

Ex charybdi in Scyllam.

Multi errorem fugere cupientes, maiori
implicantur errori.

LIBER V.

Diffidentiam suæ perdita rationis ostendunt,

dunt, qui neq; cognoscere neque concredi au-
dent. quia sciunt se facile superari, & idcirco
disceptatione sublata, pellitur e medio sapien-
tia, vigeritur res, ut ait Ennius.

Multi verentur, ne si audierint, damnare
non possint, nec causas odiorum red dere
qui tam vehementer oderunt, deniq; sangui-
nem facilius hauserint, quam verba iustorum.

Veritas.

Lux veritatis est Anima pabulum incredi-
bili quadam incunditate perfusum.

Perspicuitas est maxima virtus sermonis.

Arguti disputatores sine virtute suas di-
sputationes moribus destruunt, vel mores su-
os disputationibus arguunt, ipsique aduersus
se sunt graues censores & accusatores acer-
rimi.

Quidam inepti, vani, ridiculi scriptiores
dum volunt praefere non videntibus lumen
sapientiae & consulere utilitati aliena, non
modò quod oppugnent, sed etiã quod loquan-
tur nesciunt.

Mendacium.

Hac est mendaciorum natura: ut cohere-
re non possint.

Eadem cacitas est & vero falsitatis &
mendacio veritatis nomen imponere.

Effectus verae religionis.

Diuina religio sola efficit, ut homo hominem charum habeat, eumque sibi fraternitatis vinculo sciat esse constrictum, siquidem pater idem & Deus est omnium, ut Dei patris communia beneficia, cum ijs qui non habent partiat, nulli noceat, nullum premat, non fores claudat hospiti, &c.

Iusticia.

Iusticia nihil aliud est, quam Dei vnici, sola, pia & religiosa cultura.

Virtus aut cerni non potest, nisi habeat vitia contraria, aut non est perfecta, nisi exerceatur aduersis.

Ex priuatione habitus.

Hanc Deus bonorum & malorum voluit esse distantiam, ut qualitatem boni ex malo sciamus: Item mali ex bono, neque alterius ratio intelligi sublato altero potest.

Virtus.

Virtus agitata malis quatientibus stabilitatem capit, & quanto frequentius impellitur, tanto firmiter roboratur.

Impij detorquent in homines iustos conuictia sine congruentia.

Religio rerum omnium caput est.

Pietas

*Pietas in summo regulam tenens, tenorem
seruat in ceteris.*

*Boni nostri qualitas non ex populi errori-
bus, sed ex conscientia nostra & iudicio Dei
pendet.*

Valet vi sua veritas.

Firmior est fides quam reponit pœnitentia.

*Patientia sine Deo exquisitos cruciatus
non potest superare.*

Carneadem acumen.

*Non potest hæc res explicari, nec si Carne-
adem ipsum Orcus remittat.*

*Euripid. Quæ hîc malaputant: hæc sunt
in cœlo bona.*

*Augetur Religio Dei, quanto magis pre-
mitur.*

Religio.

*Non est opus vi & iniuria, quia Religio
cogi non potest.*

*Verbis potius quàm verberibus res agatur,
ut sit voluntas.*

*Non potest aut veritas cum vi, aut insti-
tia cum crudelitate coniungi.*

*Non est defendenda Religio violen-
tis medijs.*

*Defendenda religio est non occidendo sed
monendo, non sauitia sed patientia, non scele-*

re sed fide. Illa enim malorum sunt, hæc bonorum.

Nihil est tam voluntarium quam Religio. Recta ratio est ut religionem patientia vel morte defendas, in qua fides consecrata & ipsi Deo grata est, & religioni addit auctoritatem.

Non est beneficium quod ingeritur recti-
santi.

Bono sunt homines adducendi ad bonum,
non malo.

Pietas summa virtus est.

Pii sunt modesti.

Pius nihil tumoris ac insolentia gerit, non extollit se altius, nec erigit superbum caput, sed placidus & concors & blandus & comis est, quia conditionem suam novit.

Deus homines pro liberis habet, sed corruptos ac vitiosos luxuriosè ac delicatè patitur vivere, quia non putat emendatione sua dignos. Bonos autem quos diligit, castigat sepius & assiduis laboribus ad usum virtutis exercet, nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac depravari sinit.

Neminidebet mirum videri, si pro nostris sæpe delictis castigamur à Deo. Imò verò cum vexamur

vexamur ac premimur, tùm maximè gratias
agamus indulgentissimo patri, quòd corrupte-
lam nostrā non patitur longius procedere, sed
plagis ac verberibus emendat. Ex quo intel-
ligimus, nos esse Deo curæ, quoniam cùm pec-
camus, irascitur.

Nos tantummodò laboremus, vt ab homi-
nibus nihil aliud in nobis nisi sola iusticia pu-
niatur. Demus operam totis viribus, vt me-
reamur à Deo simul & ultionem passionis &
premium.

LIBER VI.

Nihil tam præclarum hominibz conueni-
ens potest esse quàm erudire homines ad iu-
sticiam

Cicero in Hortensio.

Malo vel vnum paruum de officio libel-
lū, quàm longam orationem pro seditioso ho-
mine Cornelio.

Idem Offic. 3.

Nihil in omni philosophia melius & fru-
tuosius quàm præcepta vitæ dare.

Sic Bonorum & malorum constituta natu-
ra est, vt se inuicem semper oppugnent, sem-
per expellant.

Deus immortalitatem nulli homini nato
negat.

Quisquis presentia bona preposuerit iusticia, in maiora & longiora incidet mala, quam fuerunt illa qua fugit.

Hec vita temporalis, quia brevis est, idcirco & bona eius & mala breuia sint necesse est.

Lucilij versus.

Virtus est dare quod re ipsa debetur honori.

Hostem esse atq; inimicum hominum, morumq; malorum.

Contra defensorem hominum morumq; bonorum.

Hos magnifacere, his bona velle, his viuere amicis.

Comoda praeterea patriae sibi prima putare.

Deinde parentum, tertia iam postremaq; nostra.

Scientia est, Deum noscere, virtutem colere.

Vt inam tam facile esset prestare, quam facile est simulare bonitatem.

Ad bonum quod summum & sublime est, nisi cum summa difficultate & labore non potest perueniri.

Omnis iusticia sine Fide similis est humano corpori, caput non habenti.

Primum officium iusticiae est coniungi cum Deo, secundum cum homine.

Lucretius.

Denique

Deniq; cœlesti sumus omnes semine oriundi.
Omnibus idem ille pater est.

Homo ad societatem conditus.

Deus quoniam pius est, animal nos voluit esse sociale. Itaq; in alijs hominibus nos ipsos cogitare debemus.

Natura hominum solitudinis fugiens & communionis ac societatis appetens est,

Qui se a prestando auxilio remouet, etiam ab accipiendo se remoueat necesse est, quia nullius ope indigere se putat, qui alteri suam denegat.

Homo sine homine nullo modo potest vivere.

Retentio societatis est communitas, id est, auxilium prestare, ut possimus accipere.

Homo nature obediens, homini nocere non potest.

Humanitas.

Humanitatis officium est, necessitari hominum ac periculo subuenire.

Id iuste, id pie, id humane fit, quod sine spe recipiendi feceris.

Qui succurrere perituro potest, si non succurrit, occidit.

Omnis voluptas caduca & breuis, oculorum maxime & aurium.

Primum

Primum officium iusticiæ est coniungi cum
Deo, secundum cum homine.

Nihil est opere & manu factum, quod non
conficiat & consumat vetustas.

Ratio legis de officijs erga viduas & pupillos.

Deus cuius perpetua clementia est, idcirco
viduas pupillosq; defendi actueri iubet, ne
quis respectu ac miseratione pignorum suorum
retardetur, quò minus mortem pro iustitia fi-
deiq; suscipiat, sed incunctanter ac fortiter
subeat, cum sciat se charos Deo relinquere, nec
his unquam presidium de futurum.

Quod prestamus nostris per affectum: pre-
stemus alienis per humanitatem.

Qui apud Deum diues est: pauper esse nun-
quam poterit.

Magni & excelsi animi est despicere &
calcare mortalia.

Magna est misericordie merces, cui Deus
pollicetur, peccata se omnia remissurum.

Nemo ἀναμάχητος &.

Nemo esse sine delicto potest, quàm diu in-
dumento carnis oneratus est.

Mortalis conditio non patitur, hominem
esse ab omni macula purum.

Virius.

Pris.

Primus virtutis gradus est malis operibus
abstinere. Secundus etiam malis verbis. Ter-
tius etiam cogitatione rerum malarum.

Constantia.

Hac est virtus, hac vera est constantia, in
hoc tuenda & conseruanda solo, vt nullus nos
terror, nulla vis à Deo possit auertere.

Nemo iustus potest esse, qui mortem, qui
dolorem, qui exilium, qui egestatem timet.

Cupiditas vindictæ.

Non minus mali est referre iniuriam quam
inferre. Qui enim referre iniuriam nititur,
eum ipsum à quo laesus est, gestit imitari.

Φιλοσυχία.

Sapientis ac boni viri non est velle certare,
ac se periculo committere, quoniam & vince-
re non est in nostra potestate, & est anceps
omne certamen.

Ephes. 4.

Præcepit Deus non occidere solem super i-
ram nostram, ne furoris nostri testis abscedat.

Licentia parit audaciam, qua ad omne fla-
gitium & facinus euadit.

Præferantur vera falsis, æterna breuibus, v-
tilia iucundis.

Auditus Rom. 10.

Auditus nobis ideo datus est, vt doctrinã
Dei percipere possimus.

Qui

*Qui temporalia maluerit, carebit eternis.
Qui terrena praeulerit, caelestia non habebit.
Cum excogitasset Deus duorum sexuum
rationem: attribuit ipsis ut se inuicem appe-
terent, & coniunctione gauderent.*

Math. 7.

*Nos ipsos in altero cogitemus. Nam in hoc
vera iusticia summa consistit, ut non facias
alteri, quidquid ipse ab altero pati nolis.*

*Nemo potest esse tam prudens, tam circum-
spectus, ut non aliquando labatur.*

*Magnum nescio quid maiusq; quam cogi-
tari potest numen est, cui viuendo operam da-
mus. Huic nos approbemus. Nam nihil pro-
dest inclusam esse conscientiam, patemur Deo.*

Cultus Dei vnus est, malum non esse.

LIBER VII.

2. Cor. 4.

*Futura presentibus & diuina terrenis, &
perpetua breuibus anteponenda sunt.*

*Totum est mortale, cuius membra sunt
mortalia.*

*Hebetatur mentis acies terrenis cupidita-
tibus, quae sensus omnes grauant, imbecilleq;
reddunt.*

Nemo virtuti fauet, nisi qui sequi potest.
Qui

Qui violauerunt impiè Christum, humilè,
sentient in potestate victorem.

Deo soli opera sua nota sunt.

Quis tam cæcus est, ut existimet sine causa
facta esse, in quibus mira dispositio prouiden-
tissimæ rationis elucet?

Sine causa nec est nec fit quidquam omnino.

Nihil est quod sit propter seipsum factum,
sed quidquid omnino fit, ad usum aliquem
feri necesse est.

Videtur hominem Deus quasi porrecta ma-
nu alleuatum ex humo, ad contemplationem
sui excitasse.

Ecclesia subiecta cruci.

Qui manult bene viuere in æternum, malè
viuet ad tempus, & afficietur omnibus mo-
lestijs & laboribus, quamdiu fuerit in terra,
vt habeat diuinum ac cæleste solatium.

Qui maluerit bene viuere ad tempus: ma-
lè viuet in æternum, quia damnabitur Dei
sententia ad pœnam, qui cælestibus bonis ter-
rena preposuit. Gradatio.

Idcirco Mundus factus est, vt nascamur.
Ideo nascimur, vt agnoscamus factorem mun-
di ac nostri, Deum. Ideo agnoscimus, vt cola-
mus. Ideo colimus vt immortalitatem pro
merce-

mercede laborum capiamus, quoniam maximis laboribus cultus Dei constat. Ideo premio immortalitatis afficimur, ut similes angelis effecti, summo patri ac Deo in perpetuum seruiamus, & simus aeternum Deo Regnum. Hec summa rerum est. Hoc arcanum Dei, hoc mysterium Dei, hoc mysterium mundi. Studium contradicendi.

Quidam dum contradicendi studio insanunt, dum sua etiam falsa defendunt, aliorum etiam verba subuertunt.

Nulla secta tam fuit deuia, nec Philosophorum quisquam tam inanis, qui non viderit aliquid ex vero.

ἀυθάδεια.

Incredibilis est error eorum, qui cum aliquam sectam probauerint, eiq³ se addixerint, ceteras damnant tanquam falsas & inanes. Arrogantq³ se ad praliandum, nec quid defendere debeant scientes, nec quid refutare, incurstantq³ passim sine delectu omnia quae asserunt quicunq³ dissentiunt.

νόσμη.

Tanta res, tam ornata, tam magna, neq³ fieri neq³ disponi & ordinari sine aliquo prudentissimo autore potuit.

Mortis

Mortes due proposita sunt homini, una
pertinens ad corp⁹, qua cunctos secundū natu-
ram fungi necesse est. Altera pertinens ad A-
nimā, qua scelere acquiritur, virtute vitatur.

Nihil est humanis manibus elaboratum,
quod non ab humanis aequè viribus destrui
possit.

Plus habent ponderis in ruinam, quae sunt
ceteris altiora.

Diuinorum operum non potest reddi ratio.

ἀνάσσει.

Credamus à Deo veterem hominem resti-
tui posse per nouum.

Consolatio in media morte.

Quanta felicitas existimanda est proficisci
ad illum aequissimum iudicem, parentemq³ in-
dulgentissimum, qui pro laboribus requiem,
pro morte vitam, pro tenebris claritatem, pro
terrenis ac breuib⁹ bonis aeterna & caelestia
largitur, cum qua mercede acerbitates ac
miseria quas perpetimur in hoc mundo, faci-
entes opera iusticia conferri & coequari nullo
modo possunt.

Hunc audite.

Filium Dei sequamur omnes, hunc audia-
mus, huic deuotissime pareamus, quoniam so-
lus ut ait Lucretius.

Veridicis hominum purgavit pectora dictis.
Et finem statuit cupidinis atq; Timoris.
Exposuitq; bonum summum, quo tendimus
omnes.

Quid foret, atq; viam monstravit tramite
paruo.

Qua possemus ad id recto contendere cursu.
Bona corporis aut deserunt nos, aut dese-
runtur à nobis. Psal. 49.

Vnusquisq; potiore animam suam iu-
dicet, quam bona ista fallacia, quorum incerta
& caduca possessio est. Migrant enim quo-
tidie & multò velocius exeunt, quam intra-
uerant. Et tamen si nobis vsq; ad vltimum
licet istis frui, alijs certè relinquenda sunt.
Nihil nobiscum ferre possumus, nisi vitam
bene atq; innocenter actam. Ille ad Deum
copiosus, ille opulentus adueniet, cui adsta-
bunt: Continentia, misericordia, patientia,
charitas, fides. Hæc est hæreditas nostra que
nec eripi cuiquam potest, nec transferri in
alium.

LACTANTIVS DE IRA DEI.

Remota cœlesti doct̃rina, omnia erroribus
plena sunt.

Sola

*Sola Religio est, cuius in brutis nec vestigi-
giū aliquod, nec vlla suspitio inueniri potest.*

Psal. 139.

*Multūm resienat homines conscientia,
si credamus nos in conspectu Dei viuere, si
non tantūm quæ gerimus videri desuper, sed
etiā quæ cogitamus aut loquimur, audiri à
Deo putemus.*

κόσμος.

*Opere Mundi nihil potest esse nec dispo-
sitius ad ordinem, nec aptius ad utilitatem,
nec ornatius ad pulchritudinem, nec maius
ad molem.*

Ordo testimonium prouidentia.

*Nec enim tanta rerum magnitudo, tanta
dispositio, tanta in seruandis ordinibus tem-
poribusq; constantia, aut olim potuit sine pro-
uido artifice oriri, aut constare tot sæculis sine
incolā potenti, aut in perpetuum gubernari
sine perito Rectore.*

Homo finis omnium rerum.

*Omnia quibus constat, quæq; generat ex
se mundus, ad utilitatem hominis accommo-
data sunt.*

Deus potest quicquid vult.

Finis hominis Deus.

Homo est diuini templi antistes & spectator operum & rerum caelestium.

Nefas est cultorē Dei à Dei cultore violari.

Deus vult omnes homines esse iustos, id est, Deū & homines charos habere, Deum scilicet honorare tanquam patrem, hominem diligere tanquam fratrem. In his enim duobus tota iusticia consistit.

Qui aut Deum non agnoscit aut homini nocet, iniuste & contra naturam suam viuit, & hoc modo rumpit institutum legemque diuinam.

Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur.

Nemo iudicium Dei potest nec viuus effugere nec mortuus.

Nullus est qui nihil peccet.

Ira mortalium debet esse mortalis.

Debemus Deum omnes amare, quod pater est, & vereri quod Dominus, & honorificare quod beneficus, & metuere, quod seuerus. Vtraque persona in eo venerabilis.

Regula vita.

Ita viuendum est, ut Deum propitium habeamus, & nunquam vereamur iratum.

DE OPIFICIO DEI.

Bona

Bona huius vitæ sunt non tantùm fallacia,
quia dubia, verũ etiã insidiosa, quia dulcia.
Miro modo consentit utilitas cum decore.
Omnia ferè iura humanitatis, quibus inter
nos coharemus, ex metu & conscientia fragi-
litate oriuntur.

Deus providentiam & potestatem suam
multarum rerum mirabili varietate voluit
ostendere.

In toto corpore pars dextra masculina est,
sinistra verò fœminina.

Contra Academicam ἀναπαληΰσιον.

Vt fatendum est multa nesciri, quæ voluit
Deus intelligentiam hominis excedere: sic
multa esse, quæ possunt & sensibus percipi &
ratione comprahendi.

Vt victoria constare sine certamine non po-
test: sic nec virtus quidem ipsa sine hoste.

Psal. 34. Acto. 14.

Noluit Deus hominem ad immortalem il-
lam beatitudinẽ delicato itinere pervenire.

Nemo potest eam rem defendere, quam non
didicit, aut illustrare apud alios, quam ipse
non novit.

Vita optanda est, ut aliquid efficiamus,
quod vita dignum sit.

Satis me vixisse arbitror & officium ho-
minis implese, si labor meus aliquos homines
ab erroribꝫ liberatos ad iter cœlestē direxerit.

Epitome eiusdem.

Cultus Dei.

Nihil tam iustum est ad aequitatem, tam
pium ad honorem, tam necessarium ad salu-
tem: quàm Deum cognoscere ut parentem,
venerari ut Dominum, eiusqꝫ legi aut præ-
ceptis obtemperare.

1. Cor. 1.

Subeamus imaginem stultitiæ ut veram
sapientiam tenere possimus.

1. Cor. 6.

Nos iudicium Dei expectare debemus, ut
eos postmodum qui de nobis iudicauerunt, iu-
dicare possimus.

Primum iusticiæ effectum est: Deum co-
gnoscere ut parentem, eumqꝫ metuere ut
Dominum, diligere ut patrem. Secundum, ho-
minem agnoscere sicut fratrem.

Matth. 7

Radix iusticiæ & omne fundamentum æ-
quitatis est illud: vide ut ne facias ulli quod
pati nolis.

Odium Dei aduersus libidines.

Nihil est tam inuisum Deo, quàm mens in-
casta & animus impurus.

Non

*Non est iustum augeri patrimonia locu-
pletum per damna miserorum.*

Veritas tandem est gratior.

*Vbique custodienda est veritas, quae licet ad
praesens sit insuavis, tamen cum fructus eius
atq; utilitas apparuerit, non odium pariet (ut
inquit poeta) sed Gratiam.*

**ΑΞΙΟΜΝΗΜΟ-
ΝΕΥΤΑ ΟΥΑΕ-
ΔΑΜ ΒΑΣΙΛΙΙ.**

De operibus sex dierum.

Homil. α. Axioma de tempore.

*Τὰ ἀπὸ χρόνου ἀρξάμενα, πάντα ἀνάγκη
καὶ ἐν χρόνῳ συνηλευθῆναι. Quidquid
cum tempore ortum est, id cum tempore finem
habere necesse est.*

Axioma de toto & partibus.

*Ἐγάρ τε μέρη Φθοραῖς καὶ ἀλλοιώσειν ὑ-
πόκειται, τούτῃ καὶ τὸ ὅλον ἀνάγκη πότε τὰ αὐ-
τὰ παθήματα τοῖς οἰκείοις μέρεσιν ὑποσῆναι.*

*Quandocumq; partes corruptioni & alteratio-
ni obnoxiae sunt, necesse est etiam totum for-
tunam partium experiri.*

Fluit tempus & ea quae sunt in tempore.

Τὴ μὲν χρόνον τὸ παρελθὸν ἢ φανισθῆ, τὸ μέλ-
λον ἔπω πάρεσι, τὸ δὲ παρὸν πρὶν γνωθῆναι
διαδιδράσκει τῶν αἰσθησιν. Τοιαύτη δε τις καὶ ἡ
γινόμενων ἢ φύσις, ἢ αὐξανομένη πάντως ἢ
φθίνουσα, τὸ δειδρυμένον καὶ εἰσισμιμον ἔκ' ἐπι-
δηλον ἔχουσα. *Temporis pars preterita eua-
nuit, & futura non dum adest, ac praesens pri-
usquam sentitur, abit. Talis est etiam rerum
temporalium natura aut crescens aut decref-
cens, nec quidquam habens firmum et stabile.*

Mundus testimonium de Deo

Ὁ κόσμος ἐστὶ θεογνωσίας παιδείησιον.
Mundus est schola cognitionis Dei.

Θεὸς ἐποίησεν τὸν κόσμον, ὡς ἀγαθὸς τὸν χρο-
σιμον, ὡς σοφὸς τὸν κάλλισον, ὡς δυνατὸς τὸν
μέγιστον. *Deus fecit mundum pro sua bonita-
te utilem, pro sapientia pulcherrimum, pro
potentia maximum.*

Fidei certitudo.

Τὸ ἀπλὲν τῆς πίστεως ἰσχυρότερον ἔστω ἢ λο-
γικῶν ἀποδείξεων. *Simplicitas Fidei firmiter
est demonstrationibus ex ratione extructis.*

Homil. 6. Axioma de contrarijs.

Δύο ἐξισάζοντος ἀλλήλοις καὶ ἐναντιώσιν,
φθαρτικὰν εἶναι πάντως τῆς ἀλλοίλων συστά-
σεως. *Duo contraria eiusdem potentie om-
nia in mutuam perniciem parant.*

Non

Non male collocatur tempus quod sacris
rebus tribuitur.

Τὸ δανεῖσθαι τῷ Θεῷ τὴν χρόνον μέρους ἐκ ἀ-
φανίζεται ἀλλὰ σιωπῶν μεγάλη ἀποδοταὶ παρ'
αὐτῆς προδότη. *Pars temporis qua Deo tri-
buitur non perit, sed magno cum faenore ab
ipso compensatur.*

